



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>



C. N. P. 347. net 507.

ADAM TRIEBECHOVII
DE
DOCTORIBVS
SCHOLASTICIS
ET
CORRVPTA PER EOS DIVINARVM
HVMANARVMQVE RERVM
SCIENTIA,
LIBER SINGVLARIS.
EDITIO SECVNDA.

CVI
ACCESSIT
I. CHRISTOPH. AVGVSTI HEYMANNI
GTMNASII GOETTING. INSP. ET
S. THEOL. PROF.

P R A E F A T I O

QVA DE
ORIGINE, APPELLATIONE, NATVRA ATQVE
αισθησις THEOLOGIAE ET PHILOSOPHIAE
SCHOLASTICAE DISPVTATVR,
II. VITA TRIEBECHOVII
SCRIPTORE.
WILHELMO ERNESTO TENZELIO.
III. INDEX COPIOSVS.

IENAE,
Apud IOH. FELICEM BIELCKIVM,
M D C C X I X.



PRAEFATIO
TRIBBECHOVIANA.

L. B. S.

TEnunc appello, Lector benevole, non ut laudem & applausum emendicem, cuius cura parum angor, sed ut iniquius declinem iudicium, si forsan mentem nostram nondum plane perspectam exploratamque babueris. De Scholasticis hic institutum sermonem vides, non tamen quatenus sana illi & maxime utilia hominum generi docuere; sed quatenus divinarum humanarumque rerum scientiam nugis scedarunt, barbaricis sordibus conspurcarunt, & vana subtilitate adeo temerarunt, ut a pristino splendore deficiens deformem prorsus induerit faciem. Cui bono quæris? ut scilicet illos sibi ipsis ostenderem, qui in corruptelarum possessionem venerunt, dumque sua ex sacris nequeunt probare, Scholasticorum commentis velut ad δευτερον πλᾶν confugiunt,

unt, hominum Christo iudice perditissimi, qui lucem fugiunt & tenebras amplectuntur. Quam vero Scholasticorum pulli premis δδιδρασαν ἡτος, ut cum Homero loquar, si quando audiunt Anti-Christianismi postulari Scholasticos, & sic quoque in eandem criminis societatem vocari. At transigant illi prius cum familiaribus ac domesticis suis, qui hac Anti-Christianismi culpa Scholasticos onerant, de nobis vero sic sentiant, quod cum Beda existimemus, Anti-Christum jam dudum in solio suo consedisse, & tamen eo regnante aliquos fidei & veritatis baud expertes potuisse existere. Quod si quos Scholasticorum amasios offendimus sale Satyrico, quo non raro Scholasticorum ineptias perfricamus, cogitent illi secum, rem nobis esse cum adulteratoribus divina humanaque sapientia, quales mitius habere nequivimus, quanto etiam studio a Satyra abstinere nobis ipsis imperabamus. Horum autem nugivendulorum examina in tertia Scholasticorum classe quis inveniet; Thomam enim, Lombardum, & hisce similes argentei seculi Scholasticos eximios esse volumus, ubi infra Ethnicos & triobolares quoscunque Scholasticos abiicimus.

Eorum

rum enim ex scriptis constat Philosophos non aliter veritatem rimari quam Virgilius ex Ennii stercore aurum. Horum vero immittes censuras deprecari spernimus, quos omnis antiquitatis rudes & in natura Philosophiae hospites, Scholasticorum iricae delectant, non aliter ac hortii, qui vocantur Adonii, in testulis e fenestra pendentes eos, qui liberioris aeris copiam non habent, cum sua eos ignorantia sat ulciscatur. Et ne quis a Philosophia & Scholasticorum studiis totus adversus existimet, nos ignorantiae Philosophiae & bullatae loquentiae (qualis pro dolor ubique nunc caput exerit) patrociniū hac nostra exercitatione suscepisse, sciant omnes: nos pugno Dialectico plus quam palmae Rhetorum deferre, & nobilissimorum Scholasticorum, si naufragium forsitan paterentur, decem potius servaturos, quam centum ex iis, qui philologiae pallio tegunt turpissimam verae sapientiae ignorantiam. Plura monere tempus prohibet, nunc tantum, Benevole Lector, id te oro, τοῖς παραλελειμμένοις συγγνώμην, nec prius sententiam feras, quam peroratum a nobis in sine litem audieris.



CHRISTOPHORI AVGVSTI
HEVMANNI

GYMN. GOETTING. INSP. ET S. THEOL. PROF.

PRAEFATIO,

in qua

De origine, appellatione, natura atque
ἀσοφία Theologiae ac Philosophiae
Scholasticae disputatur.

S*cholasticus*, id est, homo de schola, vox est Ciceronis aeuo iunior, Quintiliani vero aetate celebratissima & vsus quotidiani. Nec Romani solum Ciceroni aequales, sed ne Graeci quidem eo, quem dixi, sensu, id vocabuli olim vsurpasse videntur. Mihi certe non est notus quisquam auctor Graecus, qui ante Arrianum eos, qui in schola versantur, vocarit *σχολαστικός*. Nec inter Latinos antiquiorem habeo Petronio, qui *scholasticorum* fecerit mentionem. Caeterum etsi *scholasticus* dici coepit quilibet homo

homo in schola viuens siue discendi siue docendi causa: vnde *ingentem scholasticorum* (id est, discipulorum vel studiosorum) *surbam* commemorat (a) Petronius; crebrius tamen vocabulo isto signati fuere doctores, id est, viri eruditi, adolescentibus omni literarum genere erudiendis operam suam locantes, quod genus hominum *professores* appellare solenne est (b) Suetonio. Sic Arrianus, vel potius Epictetus, *scholasticum* (c) appellat eum, qui totum se dedit philosophiae studio: Et Quintilianus liquido (d) docet, rhetores sua aetate vocari solitos *scholasticos*: Plinius (e) quoque Isaeum rhetorem *scholasticum* nominat. Cum igitur *Scholastici* illi, id est, professores disciplinarum, eo, quod quotidie sua se in arte exercent, & in dies altius penetrant in abditos disciplinae suae recessus, non possint non aliis excellere doctrina variarumque rerum scientia; hinc fa-

(a) *Satyr. p. 52.* Sic Hieronymus *Epist. 26. p. 107:*
Omne Athenaeum scholasticorum (id est discipulorum) *vocibus consonabat.*

(b) *Lib. de rhet. & Lib. de gramm.*

(c) *Diff. Epict. lib. I. cap. XI. extremo.*

(d) *Diál. de caus. corr. eloq. cap. 35. n. 8.*

(e) *Lib. II. epist. 3. conf. lib. I. epist. ult.*

ctum est, vt generatim *scholasticus* dictus sit; quisquis singularis eruditionis laude esset conspicuus. Hinc Suetonius (f) *vsquequaque scholasticum* vocat eum, cuius oratio est expolitissima, elaboratissima, &, vt Plautino verbo vtar, exasciata. Atque hic istius vocabuli vsus ad seros durauit nepotes: cuius rei quatuor testes adduco e quarto quintoque post Christum natum saeculis. *Serapion Episcopus ob elegantiam ingenii cognomen Scholastici meruit*, inquit (g) Hieronymus. Seuerus (h) Sulpicius: *Cum sis scholasticus*, (id est, eruditus, interprete Io. Vorstio.) *boc ipsum quasi scholasticus artificiose facis, vt excuses imperitiam, quia exsuperas eloquentia*. Saluianus in praefatione ad libros suos *de iudicio DEI: Annisi sunt*, inquit, *vt scholastici ac disertis haberentur*. Gennadius in libro (i) *de scriptoribus ecclesiasticis: Fulianus, Episcopus Capuanus, vir acris ingenii, in diuinis scripturis doctus, Graeca & Latina lingua scholasticus*. Imo ad nonum vsque saecu-

(f) Lib de clar. vbet. cap. 91t.

(g) Catal script. eccl. cap. 99.

(h) Dial. I. cap. 27. n. 5.

(i) Cap. 45.

faeculum propagatam fuisse hanc istius vocis notionem, trium testium, *Amalarii*, Episcopi Treuirensis, *Anastasio*, bibliothecarii, & *Ionae*, Aurelianensis Episcopi, verba confirmant a Cangio (k) producta: qui & allatis exemplis ostendit, eo temporis tractu *scholasticissimos* dictos fuisse, qui eruditione supra caeteros plurimum ac multis veluti parasangis eminere credebantur. Quid? Eandem vndecimo adhuc saeculo viguisse notionem, locupletem habeo testem Papiam, quippe qui suo in *Lexico scholasticum* interpretatur *eruditum, literatum, sapientem*.

Lucide, iam constat, quos vetus Graecia appellavit σοφῆς, nostra aetas *polyhistoras* virosue πολυμαθεσῶντες vocitat, eos medio, quod vocant, aevo nominari consueuisse *scholasticos*. Tandem commune istud omnium eximie eruditorum nomen rursus proprium factum est docentium, & qui doctoris professorisqueungebatur munere, pro captuque illius aeui lumen aliquod erat orbis literarii, is κατ' ἐξάρετον appellabatur *Scholasticus*. Caeterum cum lectioni librorum Graece Latineue ab ethni-

(k) *Gloss. Latin. med. v. Scholasticus.*

ethnicis scriptorum, tractationi item artium ac disciplinarum ethnicorum olim ingeniis excultarum, perexiguum ea tempestate statueretur pretium, illa quippe doctrinae genera *profanitatis* titulo infamante superstitione saeculi; monachi, qui claustris suis fugientes ex Europa Musas receperant, solique in literis regnabant, vni fere theologiae studio addicebant operam suam, adeoque omnis illius aetatis eruditio sacrarum fere literarum, quas quidem putabant, continebatur finibus. Hoc igitur temporis interuallo qui doctus erat, is doctus erat theologus: adeoque stylo huius aetatis *Scholastici* titulus erat proprius Professoris Theologiae, qualem singula, praestantiora certe, habebant coenobia. Hoc sensu *Scholasticum Treuirenses*, pariterque *Scholasticum Leodicensis*, id est, professorem theologicum, memorat Sigebertus (1) Gemblacensis. Atque claram huic appellationi lucem affundit Henricus Gandauensis in suo *de scriptoribus ecclesiasticis* libro. Quem enim caeteri *Scholasticum* vocant, is Henrico, quem dixi, audit

(1) *Descript. eccl. cap. 160. § 64.*

dit (m) *theologicae scholae rector*, item (n) *Magister theologicae scholae, ecclesiasticae* (o) *scholae praefectus, theologicae* (p) *scholae praesidens, Magister* (q) *theologiae*. Caeterum quod dixi, medio illo aeuo in singulis prope monasteriis constitutum fuisse doctorem seu professorem theologiae publicum, *Scholastici* titulo fulgentem, id ex Launoii doctissimo *de scholis celebribus* libro, luculentissime cognosci potest. Ibi *Cap. 16.* (r) testimonio Trithemii confirmatur, Hildolfum fuisse *primum Hirsaugiae scholarum magistrum, & Ruthardum fuisse secundum apud Hirsaugiam Scholasticum post mortem Hildolfi*. Ex eodem Trithemio Launoius (s) docet, in omnibus coenobiis fuisse *Scholasticos ex monachis, qui iuniores erudirent, atque* (t) *e monachorum collegio in singulis coenobiis unum caeteris in scientia Scripturarum*

ex-

(m) *Cap. 14. 15. 16. 18.*(n) *Cap. 17. 24. 40.*(o) *Cap. 21.*(p) *Cap. 27. 31. 46. 47.*(q) *Cap. 38.*(r) *Pag. 61. edit. Fabriciana.*(s) *p. 64.*(t) *p. 65.*

*excellentiorem constitutum esse Schola-
sticum, hoc est, theologiae professorem. Cap.
20. idem (u) adducit scribentem Trithe-
mium, Adelberonem Scholaasticum factum
esse in monasterio S. Albani prope Mo-
guntiam, & monachos in omni scientia
scripturarum tam saecularium, quam di-
uinarum, instruxisse. Cap. 21. (x) comme-
morat: Ecclesiae Rbemensis scholarum Ma-
gistros. Cap. 23. (y) Constantinum & Ger-
bertum, Scholaasticorum titulo insignitos,
producit, addens, eo nomine significari
professorem bonarum artium. Cap. 38.
(z) Reinhardus quidam dicitur scholam
monachorum publicam tenuisse, & mo-
nachos suos in omnibus literis & scientiis,
tam saecularibus, quam diuinis, ad plenum
erudiuisse. Cap. 39. (a) legitur Euerbinus
scholam in theologia monachorum publi-
cam tenuisse. Cap. 44. (b) ex incerto scri-
ptore docet Launoius, Gislebertum fuisse
sacrae theologiae professorem. Denique
Cap. 59. (c) commemorat non solum, Pe-
trum Lombardum Parisiis scholae theologi-
cae praesedisse, Magistri titulo insignem,
sed*

(u) p. 74. (x) p. 83. (y) p. 89. (z) p. 123.
(a) p. 124. (b) p. 142. (c) Artic. VII. p. 219.

sed eundem etiam a Pontifice Romano in controversia quadam theologica instar oraculi consultum fuisse. Sed totus prope Launoii liber transcribendus foret, si, quaecunque de magistris scholarum ecclesiasticarum, qui *Scholastici* vocabantur, ibi exstant, hunc in locum transferre vellemus.

Quae cum ita se habeant, facile intelligitur, quid existimandum sit de disputatione eruditorum super quaestione illa, quis primus fuerit *Scholasticus*, siue quis pater atque conditor fuerit philosophiae ac theologiae Scholasticae. Sunt, qui Lanfranco gloriam hanc vindicatum eunt. Ac sane excelluisse eum scientia theologiae Scholasticae, (quam hodierno stylo vocare licet *theologiam acroamaticam, Professoriam, Academicam*, satis ex ipsius historia (d) manifestum est. Alii, quos inter & noster Tribbechouius, Petrum Lombardum pro Scholasticorum antesignano & veluti patriarcha habent, alii Abaelardum, Rucelinum alii. Iacobus (e)

Tho-

(d) Vid. Launoius lib. cit. cap. 41. & 42.

(e) Disp. de Scholasticis s. 7. 8. & 10, itemque in *Vita Abaelardi* s. 64.

Thomasius, distinctione vtendum ratus, Rucelinum statuit philosophiae Scholasticae, Abaelardum Scholasticae theologiae, primum fuisse auctorem : at Petrum Lombardum, Abaelardi discipulum, editis *libris Sententiarum* maius magistro suo nomen & plus splendoris assecutum esse. Nos nulli horum tribuenda ducimus theologiae vel philosophiae Scholasticae primordia, cum dudum ante eorum exortum in monasteriis floruerint *Scholastici*, id est, professores literarum cum theologiarum, tum etiam, quatenus eae theologis vsui sunt, philosophicarum. Horum vltimus, hoc est, omnium primus quis fuerit, scire vetat monumentorum historicorum inopia, nec magnopere nostra refert. Illud tamen coniectura satis firma nobis licet assequi, quam ob causam Petro illi Lombardo principatus Theologiae Scholasticae delatus fuerit. Scilicet saeculo duodecimo Parisiensis schola ita coepit efflorescere, vt caeteras omnes pleniori lumine inobscuraret, quae verba sunt Launoi capite libri laudati vigesimo (f) primo: qui & (g) ob-

(f) p. 84. (g) *Cap 59 artic. 1 p. 181. & artic. 2. p. 191. ibidem p. 182. 199.* docetur; Abaelardum fuisse priuatum professorem, non publicum.

obseruauit, Abaelardi tempore nondum Lutetiae fuisse scholam publicam theologiam. Cum igitur scholae publicae Parisiensis initium incidat in duodecimum hoc saeculum, quae & Bulaei (h) est sententia, multaque suadeant, ut credamus, Lombardum illum primum fuisse in Academia Parisiensi professorem theologiae, facile iam patet, quo sensu & quo iure is vocetur pater theologiae Scholasticae. Nam cum illa Academia tantum breui tempore consecuta sit celebritatis, ut mater ac scaturigo haberetur omnis scientiae, praetereaque Lombardus, adiecta Episcopatus Parisini dignitate, tantum exsplenderet, ut ipsius Systema theologiae pro absolutissimo opere haberetur, ac sequentium theologorum omnis opera in eo illustrando & commentariis ornando dicam an onerando? versaretur; quis non videt, eum hoc pacto euasisse theologiae Scholasticae oraculum, fontem, patrem ac (i) patriarcham. Etsi itaque Lombardus haudquaquam fuit primus Scholasticus, fa-

stigium

(h) In *Historia Vniuersitatis Parisiensis*. Vid. *Bibliotheca Thomasiensis* T. I. p. 35. 40. & 142.

(i) *Conf. Du Pin T. IX. Biblioth. script. eccl. cap. XV.*

stigium tamen summum theologiae Scholasticae affecutus illi aetati visus est, eiusque vestigiis insistere pulchrum duxit ipsius posteritas Scholastica.

De origine & appellatione Scholasticorum haec sufficient. Progredior ad inuestigandam naturam atque indolem philosophiae pariter ac theologiae (*μακρολογίαν* verius dixeris,) Scholasticae. Equidem nonnulla iam de ea *σποράδην* dixi in *Actis philosophorum*. Hic tamen in vnum locum conducam, quae praecipua sunt, quaeque cognosse fortasse non poenitebit lectores. Nimirum Scholastici erant homines sacri siue, vt ipsorum vocabulo utar, clerici, & maximam partem monachi, superstitione eo vsque occaecati, suam vt religionem pro perfectissima haberent, suisque doctrinis theologicis nihil quicquam vitii inesse, firmiter crederent. Hinc in placita sua theologica nunquam inquirebant, imo vel solam voluntatem inquirendi & examinandi religionem habebant pro instinctu Satanae & pro scelere grauissimis poenis expiando. Erant igitur theologi *γνώσιως* Papaei, qui aeuo illo duas in sectas discesserant. Alii enim *theoreticos*

se

se praebebant, ac doctrinas theologicas e Conciliis & Patrum Ecclesiae monumentis confirmabant atque illustrabant, in haereticisque, quae vocabant, dogmatibus cognoscendis ac refutandis multum operae ac temporis ponebant. Alii, quos *prae-*
cticos appellare licebit, omisso theologiae speculatiuae studio, totos se dabant excolendae exercendaeque virtuti, non verae illi ac *γνησίως* Christianae, sed monasticae suae Papaeae, & libros ad istius virtutis culturam manu ducturos conscribunt. Horum hominum studium vocabatur theologia *Mystica*: priorum autem doctrina nomen gerebat theologiae *Scholasticae*. Vti igitur deprauato Numinis cultui ac superstitioni Papaeae fulcro praesidioque erant *Mystici*; sic *Scholastici* tutores se praebebant ac strenuos propugnatores Papaeae theologiae, id est, sensus de Deo corruptissimi.

Hi Scholastici, ingenio suo vrentes vel potius abutentes ad defendendas doctrinas theologicas caliginoso illo aeuo publice receptas, non poterant carere instrumentis, quae veritas & error ad sui tutelam habent communia. Quemadmodum

b

enim

enim vera philosophia ad sui defensionem
vtitur syllogismis in certam formam reda-
ctis, sic & sophistis ad ineptias suas exor-
nandas syllogismis opus est atque aliis artis
adminiculis. Scholaſtici igitur pulchre
videbant, se philosophia non posse penitus
carere, saltim eam Logicae partem sibi esse
cognitu necessariam, quae tradit regulas
& construendi syllogismos & obiecta argu-
menta diluendi atque refellendi. Quid
igitur hic facerent Scholaſtici? a quonam
peterent artem dialecticam? an theolo-
giam suam subiicerent examini & iudicio
philosophiae? an in disciplinam se darent
Aristoteli, Dialecticorum quidem princi-
pi, at homini acatholico, imo plane ethni-
co? Hic Scholaſtici ancipiti cura distracti
diuerſas ibant in sententias, alijs Aristote-
lae philosophiae studium commendanti-
bus, alijs ab eo prorsus abhorrentibus: qui
quidem posteriores ob suae sententiae san-
ctitatem scilicet initio superiores discede-
bant. Ast non ita multo tempore praeter-
lapso, cum & summa necessitas & ipsa in-
genii humani curiositas studium artis
dialecticae in dies magis commendaret,
primum Dialectica Aristotelis, hinc Meta-
phy-

physica & Physica, postremo & Ethica,
 (nam Politicæ studium tanquam clerici a
 sua persona iudicabant alienum,) honori-
 fice recipiebatur & Aristoteles constitue-
 batur Dictator philosophicus perpetuus &
 Papa Ecclesiæ, vt ita dicam philosophicæ.
 Si quis pleniorẽ huius rei historiam
 cognoscendi auidus est, is, quaeso, perle-
 gat meam recensionem operis Launoi de
fortuna Aristotelis in Academia Parisiensi,
 quam non indiligenter concinnatam in
Actis philosophorum (k) exhibui. Iam
 igitur Aristoteles regnabat in philosofo-
 rum scholis, non tamen Graecus ille Ari-
 stoteles, (ea enim lingua non magis cog-
 nita erat Scholasticis, quam Arabica vel Ma-
 labarica,) sed Latinus, Graeco illi haud pa-
 rum dissimilis. Nimirum quo modo Theo-
 logi tum temporis ob linguæ Graecæ &
 Hebraicæ imperitiã sacri codicis versio-
 nem Latinam pro norma habebant, sic
 Aristotelis quoque Latina versio facta fuit
 authentica. Cæterum scias, Lector, ea
 lege & conditione receptam a Scholasticis
 fuisse Aristotelis philosophiam, vt theolo-
 giae

(k) P. IV. Cap. IV.

giae se praeberet administram atque (l) ancillam, & vt tantummodo pro instrumento esset doctrinas religiosas tum receptas $\pi\upsilon\zeta\eta\sigma\iota$ $\lambda\acute{\alpha}\xi$ defendendi. Proinde Logica ipsorum ultra syllogisticam artem haud progrediebatur, sed in hoc circo ingenia toto die, imo dies noctesque, exercitabantur, in hoc vno occupati, vt varias formas syllogismorum perdiscerent, & in concinendis lepidissimis sophismatibus suam probarent industriam. Neque vera erat Logica, quam illi excolebant, sed Dialectica mere barbara: nec sine omine factum est, vt primae syllogismorum figurae primo modo ipsi illi pseudophilosophi inderebant nomen *Barbarae*. Vno vt testimonio, quae modo dixi, illustrem, magnus ille barbarici Scholasticae antisophista, Erasmus, A. 1516. (m) testabatur, *ante annos ferme triginta in schola Cantabrigiensi praeter Alexandrum, Parua Logistica, & vetera illa Aristotelis dictata, Scoticasque quaestiones nihil traditum fuisse: humanio-*

(l) Lege sis Pufendoris *Introduc. in bist. Europae cap. XII. §. 34.* vbi naturam & scopum philosophiae Scholasticae ex vero describit,
 (m) *Epist. lib. 2. p. 84.* edit. Basl. 1579.

*miorum literarum & Matthesios cognitione caruisse omnes ac singulos. Idem (n) A. 1499. testis αὐτόπῃης & αὐτήκοος scriptum reliquit, ea tempestate omne studium theologorum ac philosophorum Parisiensium versatum fuisse in contemplandis mysteriis syllogisticis & in excutiendis Scotisticis subtilitatibus, neque cuiquam eorum quicquam commercii fuisse cum Gratiis. Nostrae, inquit ad extremum, tempestatis theologastrorum cerebellis nihil putidius, lingua nihil barbarius, ingenio nihil stupidius, doctrina nihil spinosius, moribus nihil asperius, vita nihil fucatus, oratione nihil virulentius, pectore nihil nigrius. Praeclaram vero & theologiam & philosophiam! Vberius cognituros miserimam Scholasticae cum philosophiae, tum theologiae, faciem ablegatos volo ad eiusdem Erasmi sapientissimam *Moriam*, itemque ad Frischlini *Priscianum vapulantem*. Scio, Lector, duobus hisce libellis perlustratis te mihi liberalissime assensurum, Scholasticos fuisse non philosophos, sed sophistas cum ratione insanientes, quibus*

(n) *Epist. 6ta. lib. VI. p. 280.*

bus ad purgandum sinciput pluribus opus
fit Anticyris.

Ex his discimus, *philosophiam Schola-*
sticam accuratius describi non posse, quam
si dicas, eam esse *philosophiam in seruitu-*
tem theologiae Papaeae redactam: ac πρῶ-
τον ψεύδῳ Scholasticorum fuisse illam
opinionem, qua statuerunt, theologiam
rectricem philosophiae constituendam ef-
se, a cuius nutu & imperio pendere debe-
ant philosophi; philosophiam contra esse
debere ancillam theologiae. Qualis enim,
bone Deus! philosophia esse potuit, quae
falsissimae corruptissimaeque theologiae
pedisequa ad coecam obstricta obedien-
tiam esse cogebatur! Quod si sapuissent il-
li homines, facile vidissent, sacrae quidem
Scripturae obsequium deberi a philosophis
theologiam autem tanquam disciplinam
humano ingenio concinnatam summo iu-
re subesse legibus ratiocinandi diuinitus
praescriptis, quas proponit atque exponit
philosophia; & Scripturam quidem sa-
cram omnis erroris immunem esse, scien-
tiam vero illam, quae sacram scripturam
tractat, & inde theologia vocatur, aequae ac
reliquas scientias, errandi periculo esse ex-
po-

positam. Nimirum theologia, nostra (nam Apostolorum theologia, quorum mentes extraordinaria luce repletæ fuerunt, huc non pertinet,) sic recte subducimus rationes; omnino philosophiæ quædam pars est, eaque nobilissima. Ecquid enim aliud propositum est theologis verionominis, quam ut sacrum codicem seposito omni præiudicio adhibitisque artis exegeticæ regulis interpretentur, diuini que Numinis sensa ope ingenii rite exculti in apicum proferant? ut veritatem recte legitimeque ratiocinando cum aliis communicent, erroresque acie veluti argumentorum doctè instructa impugnent? ut fructuosissimas veritates, quas in aurifodina illa sacra inveniunt, veritatibus ex Rationis fonte haustis tanquam cumulum adiiciant, adeoque philosophiæ sacrae ductu id, quod naturalis philosophia docet, confirmet, quod ei deest, suppleant? Ex quo sequitur, ut philosophiæ siue lumini Rationis diuino attendere debeat, quisquis bonus euadere cupit theologus. Contra qui theologiam simpliciter eximit ductui philosophiæ, quid quaeso, agit aliud, quam ut tribunali Logicae & ratiocinandi inter-

pretandique legibus se subducat, ac praëiudicatas suas de Deo rebusque diuinis opinionones quouis modo tutans, ver itatis luci omnem praecludat aditum? Aut ostendat mihi quispiam, quæ alia sit ratio, Muhammedanum aliquem vel Papaeum in castra Veritatis perducendi, quam vt illi pariter ac huic principe loco persuadeas, philosophiam, vel potius Rationem, eamque rectam & (o) claram, esse cuiusuis theologiae lapidem veluti Lydium, adeoque Muhammedanum duce philosophia expendere debere, an sua religio eidentibus instructa sit diuinæ originis criteriis; Papaeum vero theologiam suam cum sacro codice conferre oportere, in eaque re nec traditionis ecclesiasticae, nec vllius humanae auctoritatis, sed solius sanæ Rationis ductu vti. Neque enim philosophia mihi dicitur, quicquid gerit id nominis, (nam & inepte ac impie ratiocinari vulgus appellat *philosophari*,) sed sobriam, sed sanam ego volo philosophiam, id est, diuinum illud lumen humanis mentibus inditum, quod non

(o) In philosophia multa sunt obscura & incerta. Hic autem per *Rationem* intelligo eam cognitionem, quæ sole meridiano clarior est, nec vlli dubitationi locum relinquit.

non in deuia seducit, sed recta perducit ad arcem Diuae Veritatis. Philosophiam, inquam, illam dico, qua vsus Nicodemus (p) cognovit, IESVM esse verum Messiam: quamque Christus ipse commendauit (q) Pharisaicis, vt ad eius stateram ipsius examinerent opera: quam denique secutus Lutherus e tenebris maiorum suorum emer- sit ad lucem liquidissimam. Nam cum hic quoque in comitiis Wormatiensibus iuberetur coecam theologis praestare obedientiam, ac Rationi siue philosophiae suae nuntium remittere; *Haec*, inquebat (r) ad Caesarem, *mea est sententia, quod nisi Scripturae sacrae testimoniis vel euidenti ratione conuictus fuero, me non posse quicquam eorum, quae scripsi vel docui, reuocare.*

Haec nobiscum reputare diligenter debemus, ne nobis accidat, quod compluribus (nec Tribbechouius noster procul ab hac Scylla abfuit,) accidisse videtur, vt vsa cum turpi illa Scholasticorum philosophia, quae theologiam pessime contaminauit,

b 5

augu-

(p) *Ioan. III. 2. Conf. Ioan. IX. 32. 33.*(q) *Ioan. X. 37. 38.*(r) *Sleidanns lib. III. fol. 50. a.*

augustoque illo & sanctissimo philosophiae nomine prorsus indigna est, simpliciter damnemus philosophiam, ac prope modum omni philosophiae studio theologiae cultoribus interdiciamus: quae quidem certe proxima est & compendiaria ad instaurandum Papismum via. Nequaquam igitur probo, quod nonnulli coniunctionem (quam inuidioso vocabulo *mixturam* vocant,) philosophiae cum theologia simpliciter vitio vertunt Scholasticis, sine censura, imo adiecto calculo suo, illa Tritemii de Abaelardo (s) verba repetentes: *Ab hoc tempore philosophia saecularis sacram theologiam sua curiositate inuicem foedare coepit.* Etenim cogitare illi debebant, scriptum hoc esse ab homine Papaeo, cuius theologiae aeterna intercedit cum philosophia, seu potius cum veritate, inimicitia. Ac si Abaelardina philosophia foedare potuit Christianam theologiam, an stolidae illius philosophiae poenam communicabimus cum philosophia vera ac genuina? cum philosophia illa, cuius axiomata sunt veritates aeternae? cum illa, inquam, philosophia, quam *diuinam*

re-

(s) *Lib. de script. eccl. cap. 381.*

revelationem appellare non est dedignatus (t) Apostolus, qui veram philosophiam a γνώσει (u) ψευδωνύμω & a philosophia (x) ethnica nos iussit discernere? Sciamus itaque, veram philosophiam esse philosophiam antischolasticam & antipapaeam: e contrario Scholasticam illam philosophiam esse Papaeae theologiae (venia sit verbo,) essentialem. Ac uti omnes, qui Scholasticam oppugnarunt philosophiam, Valla, (qui vir non immerito exosus est Papicolis, nostratibus autem, quorum plerique improvide suscipiunt calumnias Scholasticorum in Vallam largiter vibratas, in pretio ac honore summo debebat esse,) Erasmus, ac caeteri, summo iure in censum *castium veritatis* referuntur; sic ex aduerso, vbi Papa dominatur, ibi & philosophia viget ac regnat Scholastica, adeoque Iesuitae meritissimo vocari solent *Scholastici iuniores*. Et quemadmodum nostris e scholis Scholastica illa philosophia prorsus est eiecta, sic Scoti, Thomae, similiumque gerronum vocibus ac sophismatibus hodieque personant cathedrae philosopho-

(t) *Rom. I. 19.*(u) *1. Timoth. VI. 20.*(x) *Coloss. II. 8.*

phorum ac theologorum Romani hieronarchae imperio subiectorum, ac producunt in publicum subinde libri eorum philosophici ac theologici, nihilo sane faniores melioresque iis, qui ante Erasmus ac Lutherum euulgabantur. Cuius rei ut fidem faciam imperitis, (nam eruditis satis superque id exploratum est,) inspicere eos iubeo vel Caramuelis *Theologiam rationalem*, A. 1654. spisso editam volumine, aut Benedicti Schmirii *Philosophiam quadripartitam*, A. 1716. editam, & in *Actis* (y) *Philosophorum* mihi recensitam.

Satis dixisse de natura simulque de σοφία philosophiae Scholasticae, adeoque munere, quod suscepi, non perfunctorie defunctus esse mihi videor. Superest, uti de libello, cui quaedam ut praefarer, petenti bibliopolae, viro honestissimo, negare non potui, meum lectoribus exponam iudicium. Prodiit is primum Gissae A. 1668, 4. magnoque eruditorum exceptus est applausu, versans quippe in argumento perquam utili, tamque contextus erudite, ut inter scriptores de philosophia Scholastica Tribbechouio principatum tribuere non dubitent (z) Morhofius atque Iacobus

(y) P. VII. Cap. V. §. 6. §. 99.

(z) Polybig. T. II. lib. I. cap. 17. §. 1. p. 74.

bus (a) Thomafius. Ac fane fatendum est, Tribbechouium & fumma industria congefiffe, quicquid in variis libris huc pertinens diuturna ex lectione annotarat, & rectiffimi iudicii libra omnia ponderafse, & commodiffimo fingulas huius hiftoriae partes exposuiffe ordine, & eleganti denique fuauiffimoque dicendi genere totum hoc argumentum perfecutum effe. Quo labore ab hiftoriae tum philofophicae, tum ecclefiafticae, cultoribus non tenuem inuit gratiam, inter vtriusque generis fcriptores collocandus loco non vltimo. Quapropter merito in lucem rurfus protrahitur ifte liber tam doctus tamque vtilis, eoque magis, quod eius lectionem doctiffimus quisque Studiosis commendare non deftitit, at exempla tamen eius iamdudum in officinis librariis fruftra fuerunt requifita. Nec dubium est, quin noua haec editio, accuratiffime typis defcripta, literarum cultoribus futura fit gratiffima: neque vereor, ne bibliopola, de literaria rep. hoc ipfo bene merendi cupidus, impenfarum ab fe in nouam huius libelli transcriptionem factarum poenitentiam aeturus fit. Qui fi prius confilii me fui participem feciffet, adiectis nonnullis annotationibus illustrare auctorem voluiffem

(a) In praefatio ad Dilp. de Doctoribus Scholafticis.

sem vel etiam emendare. Nam nec hoc pulcherrimum corpus naevis caret, e quibus vnum hic animaduerto errorem, quem errat Tribbechouius, cum (b) vetustam illam fabulam de fraterna cognatione Petri Lombardi & Gratiani pro vera historia lektoribus propinat: cum tamen historiolum illam iam falsitatis conuicerit Bellarminus in *Catalogo scriptorum ecclesiasticorum*, eumque secutus Aub. Miræus in *annotationibus* (b) ad Henricum Gandauensem: imo iam olim Hartmannus Schedelius in *Chronico* (d) *Norimbergensi*. Nec dissimulandum puto, duo adhuc capita a me in Tribbechouiano hoc opere desiderari, vnum, quo singulorum Scholasticorum vita, scripta & facta perconsenda erant; alterum, quo exhiberi oportebat reliquias philosophiae Scholasticae in philosophia ac theologia Lutheranorum deprehensas. Neque enim humanarum rerum imbellicitas fert, vt vno quasi intuitu omnes praeteriti temporis errores agnoscantur, ac, quicquid fuit labis simul tollatur. sed spatio quodam opus est, vt dies diem doceat, & per gradus proficiamus in sapientia humana diuinaque. Caeterum ne quis nihil reliquiarum Scholasticarum in scholis nostris esse con-

ten-

(b) *Cap VI. p. 314. & 321. sq.*(c) *Cap. 31. Vid. & Spanhemius Hist. eccl.*(d) *Fol. 201. b.*

tendat, duo duntaxat exempla bona fide (absit igitur invidia his dictis!) proferam. Primum Musaeus, (e) eiusque gener (f) Baierus, Theologorum par caeteroquin sine pari, passim docent, *voluntatem intellectui assensum imperare, & intellectum voluntati sibi assensum imperanti obtemperare, eiusque ad imperium actum assentiendi elicere*: ac Musaeus diserte Thomam Scholasticum pluresque ex eo grege laudat huius sententiae patronos. Ac sane Scholastica est illa opinio, minime digna nostratium theologorum patrocinio, defensa eadem a Thomistis in Concilio (g) Tridentino, & hodierno adhuc die communis theologorum (h) pontificiorum. Alterum exemplum praebent quidam theologi, qui (i) docent, argumenta rationalia, quibus veritas Christianae religionis asseritur, non esse demonstrativa, sed probabilia duntaxat. Scholasticorum & haec est cantilena, qui argumenta illa vocare consueverunt (k) *motiva credibilitatis*. Caeterum duae hae doctrinae

Scho.

(e) *Introducē. in Theol. Cap. III. §. 39. p. 184 & P. II. Cap. 6. §. 9. p. 516. sqq.*

(f) *Comp. Theol. posit. Proleg. Cap. I. §. 35. & Cap. II. §. 32.*

(g) *Vid. Sarpii Hist. Concil. Trid. lib. 2. p. 230.*

(h) *Vid. Huetius Quaest. Aln. lib. I. Cap. 3. §. 1.*

(i) *Vid. Baierus loc. cit. cap. 2. §. 16. & 17.*

(k) *Vid. Huetius Quaest. Aln. lib. I. cap. 1. §. 4; cap. 2. §. 3. p. 26; Cap. 3. §. 6; Cap. 5. §. 3.*

XXXII PRAEFATIO C. A. HEVMANNI.

Scholasticae referri merebantur in librum
Valentini Alberti doctissimum, quem in-
scripsit *Interesse religionum*. Nam subest
omnino illis doctrinis, ac caeteris quoque
plerisque Scholasticorum dogmatibus
xv *glor*, arcanum aliquod hierarchicum.
Et aut vehementer fallor, aut prior doctri-
na in exitum haeticorum hoc est, veri-
tatis antipapaeae professorum, posterior
ad stabiliendam traditionem ecclesiasti-
cam, ex cogitata est. Verum nec licet, nec
libet nunc, huic argumento immorari diu-
tius. Quare finem facio praefandi, duo,
quae modo desideravi in opere Tribbe-
chouiano Capita ipse aliquando, si vita
suppeditabit & oriam, supplerurus in *Actis*
philosophorum. Vale Lector cordate, & ex
Tribbechouii libro fructum cape amplissi-
mum. Scrib. Goettingae d. XV. Nouem-
bris cl^o l^o c XVIII.

VITA.

VITA

ADAMI TRIBBECHOVII,

Theologi Primarii in Ducatu Saxo-

Gothano,

auctore

WILHELMO ERNESTO TENTZELIO,

illustrata

*notulis ex Curriculum Vitae Germanico, Concioni funebri,
subjuncto, petita.*

ab

HEINRICO PIPPINGIO,

qui

*Memoriis Theologorum renovatis, Decade Secunda No.
XV. p. 187. haec Parentalia inseruit,*

Communis per ora vulgi iactatur sententia, veteris Ecclesiae Doctores recentioribus longe praestare, Neque diffidendum est, ut ab ovo rem ordias, Apostolorum discipulos morum sanctimonia & miraculorum facultate plurimum valuisse. Quis ignorat Clementem Romanum, Ignatium Antiochenum, Polycarpum Smyrnum, & similes? Quis proxima aetate nescit Justinum, utraque sapientia excultum & martyrii corona exornatum? Sequuti sunt Clemens Alexandrinus, Julius Africanus, & Origenes, quibus nullum ex antiquitate componere possis Varronem. Eodem aetate Cyprianus fuit, cuius zelum & constantiam in comprimenda Novati secta praedicari par est. Successit illud tempus, ubi Ecclesia vidit Athanasium cum Arrianis disputantem, variisque expositum periculis, ac Principum odia, minas, supplicia & exilia fortiter sustinentem. Paulo post Basilus & Nazianzenus floruerunt, quorum ille summa docendi dexteritate famam sibi circumdedit; Sic profundissima rerum sacrarum cognitione Theologi elogium commeruit. Et cui non dicitus Chrysostomus, non Tulliana, sed divina prorsus eloquentia commemorandus? Quem moriendo quidem, sed non dicendo praecessit Ambrosius, cuius nescio an in Orient-

te, an in Occidente maior fuerit commendatio. Jungendus est Doctōri discipulus, Augustinus, in quo dotes, quas Antecessores seorsim habuerant, universæ convenisse videbantur. Sed quantæ quantæ fuerint antiquorum virtutes, non tamen fuerunt tantæ, ut nostrorum seculorum conditionem plane superarent. Prisca illa morum innocentia in Gerhardo eluxit, in Calovio Athanasii pro religione fortissima vigilantia, in Dorscheo Julii Africani absoluta Historiæ cognitio, in Schmidio stupenda Chrysostomi facundia, in Dannhawero maxima Ambrosii celebritas, in Scherzero consummata Nazianzeni doctrina, in Lyseris, Carpzoviiis, Geieris, Meisneris & Museis, Bebeliis, Chemnitiis, alia ingenii bona, quæ in sacris illis capitibus verustas plurimi æstimavit. Cum Augustino, quem ex nostra ætate componere possim, vix digniorem invenio Tribbechovio nostro, quem omnia Augustini memoranda propriæ vitæ exemplo nobis reddidisse existimo. Comparabo itaque Doctorem Doctōri, hac tamen ratione, ut sicut in officio administrando utrumque parem fuisse reperio, ita nostrum juventute laudabiliter acta illi præponam. Optasse equidem, alii has dicendi partes fuisse impositas, qui longiori tempore cum Tribbechovio versatus majora afferre potuisset, & copiosiora maximæ virtutis documenta. Sed cum Illustris Consistorii mandato refragari nefas duxerim, ad tabulas, quibus Tribbechovii memorix continentur respiciens, & fide dignas aliorum narrationes sequutus, Vobis quidem benigne audientibus, quoad possum, muneri meo satisfaciam.

Augustinus Hipponensis scripsit tredecim Confessionum libros, quibus potissima gesta sua complexus, malorum veniam a Deo rogavit, & bonorum causa gratias ei perfolvit. Non alia mens Tribbechovio nostro fuit, cum integrum vitæ cursum Soliloquii more consignavit, delicta sua confessus, & bona omnia Deo in solidum attribuens. Uterque ex legitimo thoro natus est, sed noster maiorem a divino Numine gratiam accepit, servatus quippe in matris utero,

(a) *Quæ ANNA erat HELMSIA, M. Adami Helmsii, ad D. Petri Pastoris, & Ministerii Lubecensis Senioris, Filia.*

utero, quanquam hæc in varia incideret prodigia, salvusque in lucem protractus, licet vix nato mali Dæmonis imminerent insidiæ. Adeo infensissimus ille humani generis hostis in ipsa herba suppressere conatur, quos Deo acceptos sibi que adversos fore præsentit. Efficax huic malo remedium Baptismus est, quo tertia statim die (b) initiabatur Tribbechovius, Augustino ex pravo sæculi sui more in plures annos eum differente. Patre hic ortus est *municipe Thagastensi admodum tenui & indocto*, alienisque Præceptoribus opus habuit, ut litterarum notitiâ imbueretur, quas non nisi coactus & invitus addiscebat. Multo felicior fuit Tribbechovius noster, Patre genitus erudito, (c) qui cum in Gymnasio Lubecensi adolescentes instrueret, tum in filio formando singulare fecit exemplum industriae, illumque in tenera ætate Latina lingua exornavit. Puer divino ingenio gaudebat, & omnia sponte faciebat, nulla vi calcaribusve adigendus. Hinc Græcis etiam litteris, quas Augustinus tantopere oderat, maximo studio incubuit, Ebraicasque, quas ille profus ignoravit, doctore Bangerto conjunxit. Historiarum notitiam artemque disputandi ex ejusdem institutione accepit, nec Mathematicas disciplinas Poësimque neglexit, sed monstrante Kockerto haud vulgariter tractavit. (d) Augustinum legimus *in vicina Madaurorum urbe litteratura percipienda gratia peregrinatum esse*. Non procul Lubeca distat Rostochium, urbs ob Academiam celeberrima, in quam Tribbechovius

- (b) *A. 1641. d. 13. Augusti, die enim eiusdem mensis decimo natus est.*
- (c) *IVSTO TRIBBECHOVIO, Gymnasia Lubecensis collega, docto, pio, variisque ut laboribus Scholasticis, sic Christianismi etiam imprimis tentaminibus admodum exercitato.*
- (d) *Inter Præceptores namque suos numerabit IACOBVM KOCKERTVM, M. HENRICVM BANGERTVM, IOHANNEM POLTZIVM, M. SEBASTIANVM MEIERVM, Gymnasia tunc Rectorem.*

ubi se contúlisset, protinus animum ad Theologiam applicuit. (e) Vivebat adhuc maximi nominis Theologus, Dorſcheus, cujus auditores Historiæ cum primis Ecclesiasticæ deditos fuisse novimus. Quis ergo mirabitur, Tribbechovium nostrum ejusdem amore per omnem vitam flagrasse? Nec alias sacrorum studiorum partes segnius habuit, sed artem exegeticam hausit a Vareno, felicissimo Scripturæ interprete, eloquentiam sacram a Mullero, facundissimo oratore, solida in reliquis fundamenta a Schückmanno, cujus fidelitatem grato semper animo recoluit. (f) Augustinus laudat patrem suum, quod *ultra vires rei familiaris impenderit filio, quicquid etiam longe peregrinanti studiorum causa opus esset, & longinquioris apud Carthaginem peregrinationis sumtus preparavit.* Sed Augustinus Carthaginem veniens & flagitioso capiebatur amore, & sæcularem sectabatur eloquentiam, & apud causidicos in foro versabatur. Ciceronis quidem Hortensium legens meliores cogitationes fovebat, ipsasque sacras scripturas adibat: mox autem eas ob styli simplicitatem fastidians abiecit, & ad Manichæorum partes abduci se patiebatur. Quare ad consuetas Rhetorum artes reversus, has publice docebat, & adolescentibus inculcabat, de Categoriis, de dimensionibus figurarum, de musicis, de numeris, juxta commentatus. Scriptis quoque inclarescere cupiebat, tres libros de Pulcro & apto mittens ad Icherium, Romanæ urbis oratorem. Sed quia sædam & intemperantem scholasticorum licentiam experiebatur, Romam contra matris voluntatem pergebat, ubi alia subinde adolescentum fraude circumventus est, donec a præfecto urbis magister rhetoricæ Mediolanum mitteretur. Melius noster se gessit Tribbechovius, qui, vix anno primo in Academia transacto, ab insigni viro expetitus est, ut quorundam nobilioris prosapiz juvenum studia dirigeret. Sed dissuadentibus aliis consultius duxit, Parente sumptus suppeditante,

per

(e) Contigit hoc A. 1659.

(f) Nec Philosophiam tamen neglexit, in qua manu ditione celeberrimi MATTHÆI imprimis usus est.

per aliquod tempus sibi adhuc suisque Musis vacare. Hac mente Magdeburgum, VVittenbergam, Lipsiamque profectus in clarorum virorum notitiam venit, indeque in Academiam Iuliam concessit, ut Professores in omni litterarum genere florentissimos audiret. Eas enim vasto petore complectebatur Conringius, Oratoriam ornabat Schraderus, Philosophiam excolebat Frölingius, sacras artes tradebant Cellarius, Calixtus, cæterique Theologi. His omnibus (g) assiduus fuit Tribbechovius, & quæ publice privatimque prælegebant, divina memoria sua excepit atque promptissime retinuit, quanquam a singularibus illorum in Theologia opinionibus semper abstinuit, amiceque dis-
sensit. Soli enim Scripturæ adhæsit, inde fidei doctrinæque fundamenta petiit, nec unquam ab ea se passus est divelli. Nihilominus orthodoxam antiquitatem pro eo, ac decet, veneratus est, postquam Calixto (h) viam monstrante ad Patrum lectionem accessit. Cujus Bibliotheca cum liberrime uti posset, omne illud tempus, quod alii digressionibus, computationibus, aliisque nugis consumunt, quorumvis librorum lectioni impendit, & quod a seriis studiis supererat, itinerum scriptoribus dicavit, illis præsertim, quæ remotas orbis regiones perlustrarunt, ut diversarum gentium dogmata & mores cognosceret, atque cum nostris prudenter compararet. Hinc tantam apud omnes gratiam famamque consequutus est, ut Viri in magna dignitate constituti filiis suis, nec obscuræ civitates Gymnasis Scholisque eum præficere cuperent, quibus omnibus unum Gloxinum (i)

c 3

prætu-

(g) Et IOACHIMO præterea HILDEBRANDO, historiam sacram tradenti.

(h) Cujus domus ipsi museum præbebat, BALTHASARIS autem CELLARII mensa & conversatione frequentissima utebatur.

(i) ANTONIVM HENRICVM, Viri Magnifici Dn. DAVIDIS GLOXINI, S. Caf. Majestatis Consiliarii, Syndici, tandemque Reipublica Lubecensis Consulis, Filium unicum, I. U. post. Doctorem, Consiliarium Cæsarem & Comitem Palatinum.

prætulit, & amplissimo stipendio auctus (k) cum hoc Gießam (l) perrexit. In qua Academia optimam nactus est occasionem sacra studia perficiendi, quod Haberkornium, Mislerum & Siricium docentes reperiret. Quamobrem non segnem aut negligentem se præbuit, sed summa industria huc adspiravit, profanæque eloquentiæ sacram prætulit, & in frequenti concione de rebus divinis verba fecit, quæ ab omnibus magno applausu excipiebantur. Neque tamen humaniores litteras contempfit, sed quas optime intelligebat, aliis voce scriptisque tradidit, postquam a Philosophorum Ordine facultatem docendi impetravit, quæ res rari exempli in illa Academia esse solet. Inter scripta ejus velut Sol inter stellas eminent liber de Doctoribus Scholasticis, quo non tantum eruditus restatum fecit, quid posset in omni doctrinæ parte, Historia præsertim sacra & litteraria; sed & apud Serenissimum Principem Holstatum, cujus nomini eum inscripserat, tantam sibi existimationem comparavit, ut inter Professores novæ Academiæ Kiloniensis magna cum laude cooptaretur. (m) Equidem nec Augustino Mediolanensium Rhetori Magnatum gratia defuit, quod eo loco degebat, quo Imperatoris Valentiniani

ni

(k) Schabbeliano *puta.*

(l) Sed ante tamen Rostochium salutabit, ibique per aliquod tempus subsistit. Gießam vero venit mense Majo 1662, postquam antecedenti mense Aprili Gradu Magistræ in Rostochiensis Academia sibi consecutus. Solicitatur enim isto quoque tempore Lubeca, ut promotus post Sebastiani Meieri mortem ad Rectoratus in Gymnasio provinciam Bangerro, hujus ille successor in priori officio videret; verum recusavit tunc labores istos Scholasticos, non minus atq; Rectoratum Wormatiensem per D. Mentzerum alio ipsi tempore oblatum.

(m) Professionem Moralium Extraordinariam Kilonis A. 664. mense Septembri obtinuit; at mortuo ipso illo anno circa natiuitatis Christi Festum D. Michaelæ VVatfonio, Professor Historiarum ordinarius est constitutus.

ni minoris comitatus fuerat constitutus, & quæsitis phaleratisque verbis auditores demulcere didicerat: sed defuit ipsi gratia Dei, quippe homini Manichæis erroribus sæculique deliciis adhuc irretito. Non tamen deseruit illum prorsus divinum Numen, sed Ambrosii Episcopi sermonibus sensim ad veritatis agnitionem perduxit, qua obrenta pristinam impietatem detestatus, sacroque Baptismo tinctus est. Dum hæc agerentur, varia litteris consecravit monumenta, quibus tam sibi quam aliis faciliorem veritatis viam pararet. Contra Academicos tribus libris decertavit, quibus omnia obscura & incerta videntur. De beata vita, quæ in perfecta cognitione Dei consistat, per triduum cum amicis disputavit. Duobus de ordine libris demonstrare cœpit, omnia bona & mala divinæ providentiæ legibus contineri. Præterea Soliloquia & de animæ immortalitate volumen, aliaque ad Grammaticam, Rhetoricam & Geometriam pertinentia, ante Baptismum edidit. Post hæc mores Ecclesiæ Catholicæ & Manichæorum inter se contulit, & adversus eosdem hæreticos genuinam mali originem primumque Mosis librum defendit, ac unum trinumque Deum vera colendum religione probavit. Paria, nec minora fecit Tribbechovius noster. Sicut enim de perditis adolescentiæ annis, quos optime collocaverat, minime conquirebatur; ita doctrinam morum & paullo post utramque Historiam tradere iussus, munus suum maxima fide & diligentia obivit. Testor omnes eos, qui publice privatimque docentem audierant, & calamo exceperunt, quæ is ex divite memoriæ penu effundebat potius, quam proferebat, raro quidquam in chartas conjiciens. Testor omnes eos, qui consiliis ipsius ad prosequendum studiorum cursum usi fuerunt, quam apte, quam sapienter, quam prudenter ordinaverit omnia & instituerit. Testor omnes eos, qui juxta cum illo juventuti erudiendæ operam dederunt, Morhofium maxime, quem in oculis hodie fert orbis litteratus. Cum enim de Philosophia Morali Barbarorum disputaret noster, egregio carmine applaudebat Morhofius, ex quo non possum non aliqua producere:

*Degeneris legat hac proles ingloria seclis,
 Ut, quantum Veteri distet ab orbe, sciat.
 At Tu perge tuas, TRIBECHOV1, promere gazas,
 Quasque tenes clausas Euclio doctus opes.
 Summus hos obolos; qua restant, ede talenta,
 Quas si Tu dederis, semper habebis opes.*

Testor denique scripta ipsa & Dissertationes, quæ ætatem ferent, & quo rariores sunt, eo diligentius merentur indicari. Philosophia Barbarorum Moralis exquisitam eruditionem sapit, & Sabiorum, Chaldæorum, Persarum, Brachmanum, Bonziorumque opiniones ex abstrusissimis fontibus eruit, Atheosque summæ impietatis convincit. Eisdem alio opere noster aggressus est, mundi que creationem a Mose descriptam in traditionibus gentium, ac vetustissimis antiquitatis profanæ monumentis ostendit. Ne vero putemus naturæ lumen ipsum plus, quam par est, extulisse, defectum ejus in assequendo Trinitatis mysterio luculenter monstravit, & ex veterum Philosophorum sententiis asseruit. Providentiæ divinæ haud minorem ac Augustinus curam gessit, sanamque doctrinam Dissertatione de Concursu Dei firmavit. De Angelis Spirituumque apparitionibus non contemnenda tradidit, ac ne in civili argumento diligentia ejus desideraretur, rationem Commerciorum præclare explicavit, Augustique exemplo docuit prudentiam regnandi. Majori cura tractavit, quæ ad sacram historiam pertinent, nunc Ægyptiorum Osiridem in Mosis Mizraimo detegens; nunc exponens summas præscæ Ecclesiæ dignitates; nunc impositas manus ex Ebræorum ac Christianorum scriptis deducens; nunc Historiam eruens veteris novique Chiliafina; nunc salutare Crucis signum contemplatus. Quare solus dignus est habitus, qui post Casaubonum cum Baronio in certamen conveniret, imo complures nostrarum partium eruditi præoptarunt, ut universam Ecclesiæ Christianæ historiam condere potuisset. Verum Deus ad majora ipsum destinaverat, non secus ac Augustinum, qui præter omnem opinionem ad Presbyteri gradum

dum rapiebatur, tantamque apud Episcopum Valerium consequebatur auctoritatem, ut frequentissime coram eo in Ecclesia Evangelium prædicaret, imo in successorem eligeretur. Ad eundem modum Tribbechovius nunquam cogitaverat, a piissimò Principe ERNESTO se Gotham accitum iri, quo factum est anno hujus sæculi septuagesimo secundo, ut ad capeffendum Senatoris Ecclesiastici munus vocaretur. (n) Cui debitam curam adferens (o) promeruit, ut sacri Oratoris vices cum (p) Gottero, primario Antistite, postremo ejus anno permutaret; illoque defuncto (q) Præfulis impetraret dignitatem. (r) Augustinum laudat Possidonius, quod episcopatu suscepto multo diligentius verbum salutis prædicarit, paratus semper poscentibus reddere rationem de fide & spe, quæ cum Deo est. Tribbechovius noster cum nova sparta novum quasi spiritum adeptus videbatur, summoque cum zelo ac fervore omnia peragebat, & in sacris sermonibus, quos statò tempore ad populum habuit, cognitionem atque amorem Christi semper inculcabat. Augustinus tam suæ quam aliis Ecclesiis Præfules & Pastores dedit, magnamque curam gessit Monasteriorum, id est, Scholatum, in quibus ea tempestate juvenus formata fuit; ejusmodi in urbe Hipponensi ipse exstruxerat, ubi degens viros Ecclesiæ aliquando utiles educavit. Idem de Tribbechovio prædicari par est, qui plus quam quinquaginta Ecclesiæ ordinavit ministròs, haud sane indignos, sed satis probatos instructosque ad tantum opus

c 5

fusci-

(n) V Vilhelmo scilicet Verpoorten Gotba Coburgum, ubi paulo post Superintendentis Generalis axiomatico ornatus fuit, evocato.

(o) Antequam Kilonio discederet, Gradum in ista Academia Doctoris in Theologia sub Decanatu D. Kortboldi assumpsit; habita Inaugurali Disputatione in locum Job. XIV, 6.

(p) Johanne Christiano.

(q) A. 1677. d. 4. Novembris.

(r) Cui præesse capit ipso Nativitatis Christi Festo; quo Concionem muneris sacri auspicatoriam habuit.

suscipiendum: Scholas quoque totius Diœceseos prudentissime gubernavit. & in Gymnasio nostro Theologiam publice professus est, ac semel iterumque sacrarum litterarum studiosos domi suæ profundiorē scientiam docuit. Augustinum frequenter ivisse refert Possidonius, ad visitandam, instruendam & exhortandam Catholicam plebem. Pari ardore Tribbechovius Ecclesias sibi commissas lustravit, & incolarum in fidei capitibus incrementa læto probavit animo, ac pro virili promovit: imo ad visitandam Academiam Jenensem, rei sacræ ac publicæ in his terris seminarium, cum aliis missus, optima dedit consilia splendori illius augendo & conservando. Augustinus pacem Ecclesiæ procuravit, gravissimo Donatistarum schismate sopito, cum primis in Carthaginensi collatione Catholicorum cum Donatistarum Episcopis, in qua non minimæ ejus partes fuerunt: cum Arrianis quoque & Pelagianis sæpius congressus est, ut ad errorum agnitionem eos perduceret. Neque exiguum studium posuit Tribbechovius ad componendum infelix dissidium inter Theologos VVitrenbergenses ac Jenenses. Hac fini indictus erat Conventus Orlamundanus, ut Sagittarius Altenburgensium Præsul & Tribbechovius de controversiis illis deliberarent, pacisque conditiones Jenensibus proponerent. Bene meminimus, quanto cum gaudio alterius partis princeps Calovius litteras Tribbechovii exceperit, quantamque spem in moderatione & æquitate ejus posuerit. Quam virtutem non minus perspectam habuit Maxime Reverendus Fergius noster, quando Tribbechovium Collegam sibi adscivit in pacificationis negotio, quod Serenissimi PRINCIPIS mandato cum Episcopo Tinenſi, Papæ caduceatore, suscepit, inanesque illius conditiones rejecit. Et vero cum talis tantusque fuerit Tribbechovius noster in secandis litigiis Ecclesiasticis, quis dubitabit, parem prudentiam ad dirimendas privatorum rixas ipsum adhibuisse? Nihil sane prohibet, quin verba Possidonii accomodemus: *Interpellatus beatus Augustinus (Vos, Auditores, Tribbechovium subaudite) a Christianis, vel a cujuscunque sectæ hominibus, causas audiret diligenter ac pie, easque noscebat &*

dirigi.

*dirimebat, intendens Christianorum momenta animorum, quantum quisque in fide bonisque operibus proficeret, vel ab his deficeret. Atque compertis legum opportunitatibus, divina legis veritate partes docebat, eamque illis inculcabat, & eos, quo adipiscerentur vitam aeternam, edocebat & admonebat: nihil aliud quarens ab his, quibus ob hoc narrabat, nisi tantum obedientiam & devotionem Christianam, quæ Deo debetur & hominibus, peccantes coram omnibus arguens, ut ceteri timorem haberent. Dies me deficeret, si reliquas Tribbechovii virtutes laudare & cum Augustinianis componere aggrederer. Tribus tantum verbis ostendam, quam similes in re domestica & privata fuerint. Uterque liberalis erat in egenos, & hospitalitati studebat. Uterque pietati domesticos adsuefaciebat, & parce frugaliterque vivebat. Uterque calumniatores longe a se pellebat, nec consortio suo dignabatur. *Tanta similitudo Tribbechovio nostro cum Augustino intercessit!* Sed audio aliquem in aures mihi infusurrantem, Tribbechovium haud in omnibus Augustino comparari posse, sed tribus potissimum ab eo differre: quod non reliquerit tot librorum volumina; quod in matrimonio vixerit; quod breviori curriculo vitam absolverit. Equidem verum est, Tribbechovium nostrum, ex quo sacris officiis admotus est, vix tria opuscula in lucem edidisse: quæ tamen ita sunt comparata, ut summam pietatem profundamque eruditionem ubique spirent. Exercitationem intelligo, quam inauguralem vocant, Meditationes de vita æterna, & Soliloquia de Passione Christi. In tanta scriptorum paucitate prudenter effugit, quod plerisque polygraphis solenne est, ac in ipso Augustino reprehendunt doctiores, ut ex uno sæpe libro suo multa in alterum transcribant. Nec dubito, quin Augustino plus temporis superfuerit ad scribendum, quam Tribbechovio. Gravissimarum enim functionum alia longe ratio nunc est, quam olim fuit, & qui eas hodie administrant, plures potius quam pauciores dies sibi optare necesse habent. Non alia causa est, quæ Tribbechovium coegit, ut in limine subsisteret, cum PRINCIPIS jussu ad scribendam Reformationis Historiam animum appulisset. De cetero tantum*

rum abest, ut ei Conjugium vitio vertendum sit, ut potius majorem hac parte laudem mereatur, quam Augustinus. Hic enim vagæ libidinis cestro percitus concubinam sibi adscivit, eamque sub Baptismi tempus deferens aliam non magis legitimam duxit, ut mirum non sit, sacro ordini adscriptum hanc quoque reliquisse, & posthac scœminarum commercium fugisse. Ex adverso una, eaque legitima & castissima uxor noster contentus fuit, quæ in omnibus calamitatibus strenue ipsi adstitit, (s) & ex qua eos liberos (t) suscepit, quos aliquando Parenti similes fore spes votumque omnium est. Nec Tribbechovium Augustino minorem facile dixeris, quod septuaginta sex ætatis annos haud numeravit, sed quadragesimo sexto vix completo decessit: u) imo vero, si rem recte reputaveris, felicissimum judicabis. Nonne enim summa felicitas est, cito ex hac miseriarum valle abripi, nec sentire amplius calamitates; nec hostium furorem timere? Augustinus ea tempestate obiit, qua Gothi in Africam irruerant, omnia pessime diri-

pi-

(s) Fuit hac SOPHIA ELISABETHA, Thomæ ab Aussen Inspectoru Provincialis Ducalis relicta & vidua, & Abrahami Giesbachii, Consistorii Ducalis Fridensteinensis quondam Assessoris Diaconique aulici filia, cum qua nuptias d. 10. Augusti A. 1675. celebravit.

(t) Numero novem, tres puta filios, & filias sex. Ex his Anna Barbara A. 1676, Johannes 1677, Abrahamus 1679, Sophia 1681, Christina 1693, Anna Sophia 1683, Fridericus 1684, Maria Elisabetha 1686, Dorothea 1687. primum hanc lucem aspexit. Dua autem filia, Christina 16 2. & Anna Sophia 1683. prematura morte vitæ iterum erepta sunt.

(u) Præterquam quod per annos plurimos cum malo hypochondriaco multum conflictatus fuit, inde etiam ab A. 1684. cretiores sentire necessum habuit insultus apoplecticos, convulsionibus dehinc epilepticis stipatos, quæ post hebdomadarum aliquot decubitus d. 17. Augusti 1687. post horam antelucanam primam ipsius obitum accelerarunt.

pientes, Hipponemque obsidentes. Nonne felix fuit Tribbechovius noster, dum antevertit summum periculum, quod capitibus nostris imminet, Gallis nobilissimas Germaniae regiones immanissime vastantibus? Stat igitur sententia, Tribbechovium Augustino in juventute praefendum, in officii administratione haud minorem extitisse. Quod certe vos omnes, Auditores, persuasissimum habere confido, neminemque tam malevolum ac infidum existere credo, quia praecclarum elogium, quod Augustino tribuit Vives, Tribbechovio applicet, ac florum instar ex veteri consuetudine super tumulum ejus spargat: *Reliquit nos Tribbechovius, vir Deum immortalem! quam sanctus, quam doctus! quale specimen columenque Respublica Christiana! quo uno multis ritibus, multis statutis, moribus, ceremoniis piis ac venerandis est illa innixa; nec injuria. Fuit enim in viro illo studium uberrimum, cognitio sacrarum scripturarum exactissima, judicium acre & extersum, ingenium ad miraculum acutum. Fuit ipse sincerioris pietatis diligentissimus propugnator, moribus mansuetissimis & ad charitatem Evangelicam effectis atque expressis, vitaque integritate sanctitateque insignis & venerandus.*

In concione funebri ab Henrico Fergen habita ad ductum Texrus Pl. CXIX. 132. actum fuit von Gott liebens der theurer Kirchen-Lehrer-Weh und Wohl. Exequiatoribus gratias egit *Wolffg. Henricus Mahn*, Pastor Goldbachensis & Dioeceseos Gothanz Adjunctus.

IN EIVS EFFIGIEM:

Hac spirantis erant TRIBBECHOVI Praesulis ora

Hac & erant veri Praesulis ora simul.

Frontem cerne, genas, oculos, labiumque habitumque,

Quae bona se produnt interiora notis,

Et dices: Humilis, pia, candida, comis, acuta

Mens fuit. & quavis praesule digna VIRGO.

*Hac in honorem Patroni desideratis
sini scribèbat*

M. IOH. HEINRICVS RVMPEL;

IN EIVS OBITVM:

*O multum dilecte Deo, venerande TRIBBECHOVII
 Sanctæ cohortis lumen atque fulcrum!
 Cui morum gravitas, nitor oris & eruditionis,
 Fame perennis gloriam dederunt:
 Sed requiem menti nunquam dare, corporique fesso,
 Posuere. Clausit sola mors labores.
 Luctus materies nobisque Tuisque multa presto est;
 Jacturam Amici quotquot aestimamus
 Jacturam simul hanc Ecclesia sentit atque deflet:
 Ac paucitati jam timet suorum.
 Nempe aliud longe est, servire Deo, suave carni:
 Cælo labores, vel dicare mundo,
 Sed Tu, chare Deo. multumque beate TRIBBECHOVII
 Maroris expertus, & laboris omnis,
 Applausus nostros merito Tibi poscis. Euge, Victor
 Mundi atque carnis! cernimus triumphum,
 Quem felix agitas. Tibi hocce animoque gratulamur,
 Palmas ferenti, dum arma nos fatigant.
 Dumque laboramus, memores erimus Tui laboris,
 Claudat labores mors beata nostros!*

Honori supremo Theologi meritissimi fac.

IOHANNES GVILIELMVS BAIERVS,
 S. Theol. D. & Profess. Publ.

SCRIPTA:

De scientia rerum divinarum humanarumque, corrupta per Scholasticos. Giessæ 1667.

Andachten vom ewigen Leben/ aus dem Freuden Spiegel D. Nicolai gezogen/ Gothæ 1674

Die andächtige Betrachtung des Leydens Christi/ seu: Die gezeuwigte Liebe. Gothæ 1676. Lipsiæ 1695. in 8.

Disputationes: de Bombyce: de Philosophia morum inter Barbaros, præcipue orientales: Exercitationes V. ad Baroni

ronii Annales, ubi desit Casaubonus, continuatæ: de defectu luminis naturæ in assequendo augustissimo Sacrosanctæ Trinitatis mysterio: de Chiliasmo: de veritate Creationis mundi prout a Mose descripta est, ostensa in traditionibus Gentium, ac vetustissimis antiquitatis profanz monumentis, ad convincendos Atheos: (*Hanc Dissertationem Kilonsi A. 1668. propositam repetiit in Fasciculo I. Opusculorum, quæ ad Historiam ac Philologiam Sacram spectant, Roterdami A. 1693. in 8 edito, THOMAS CRENIUS, Amicus meus integerrimus*) de Angelis: de concursu Dei: de ordine superiorum potestatum Ecclesiasticarum veteris & florentis Ecclesiæ: de impositione manuum: de causis & ratione formali virtutis moralis in genere: de regnatricis prudentiæ Augusti exemplo in novo imperio quærendo, constituendo tuendoque: de Mose, Ægyptiorum Osiride: de commerciis instituendis, augendis, conservandis. Inauguralis de Christo unica via, veritate & vita ex Joh. XIV, 6.

Ineditis Tribbechovii accenset in Historia Gothana pleniori p. 194. CASP. SAGITTARIVS:


Summaria & perismata ad praxin vite ducentia, ad unumquemque Psalmorum Davidis annotata.

Fragmentum Commentariorum ad universa Biblia.

Fragmentum Historia Ecclesiastica Lutheri ad nostra usque tempora, Germanico idiomate, refutatis ubique adversariorum erroribus in Historia subinde commissis.

Fragmentum Systematis Theologiae.

Meditatus insuper est HISTORIAM ADAMI, sed elaborationem ejus impeditit vocatio Gothana. Vide Tentzelium Colloq. Menstr. A. 1692. p. 163.



LECTORI BENEVOLO SALVTEM!

IN Relationibus de eruditorum rebus, clarissimi Viri J. G. KRAVSII, studiis, vernaculo sermone, Lipsiæ euulgatis, *N. XC. Anni ad finem decurrentis p. 720.* indicatum fuit, præsentem hunc librum, eruditus, amplissimi HEVMANNI notis auctum, in lucem proditurum. Mutauit autem eruditissimus Vir consilium, quæque in succinctas referre Notas, apud animum primum constituerat, Præfatione neruosa doctaque exhibuit. Quod **TIBI LECTOR BENEVOLE** significandum duxi, ne diuersam ab hac nostra, Commentationis huius, editionem expectares. Vale & curam, quam reducendis in manus eruditorum, bonæ notæ libris impendimus, boni consule.



Q. D. B. V.

CAP. I.

DE SCHOLASTICI NOMINIS ORIGINE.

1. Scholæ significata varia apud Græcos.

(2.) Latinis Schola ludum quemvis potissimum literarium & Philosophicum significat. Quænam ratio habendi scholas Philosophicas antiquitus fuerit, explicatur. Scholica nugalia. Schola pro secta.

(3.) Scholastici nomen Græcis otiosum notat. Schola quando primum de conventu philosophorum. A Græcis mos habendi Scholas ad alias quoque Gentes dimanavit; ad Judæos quoque. Tangitur locus, Act. 6. de Schola Libertinorum, Cyrenaicorum & Alexandrinorum.

(4.) De Christianorum Scholis. Alexandrinum prima Christianorum & a Marco Evangelista instituta?

(5.) Scholastici nomen seriùs apud Latinos in honore. Primitus Rhetorum discipulos notavit. Quales illi eorumque Scholæ. Scholasticus pro simplici & stulto.

(6.) Scholasticus pro studioso scientiarum. Quando Academiæ seu Scholæ constitutæ atque dotatæ publica Cæsarium autoritate. Leges Imp. de Scholis. Scholasticus num advocatus? Scholasticus officialis, elegantie amator.

(7.) Scholasticus pro eloquen-

A

quen-

quenti, Scholasticus $\pi\epsilon\lambda\lambda\upsilon\mu\alpha\theta\eta\varsigma$. Scholasticissimus,

(8.) Scholastici Philoſophiæ ac Theologiæ Doctores. Quomodo ad Scholasticos doctrina literarum devenerit. Refutator Scholarum Carolus M. Monasteria Scholæ. Episcopi doctores nobilium & ingeniorum.

(9.) Scholarum Monasteriorum differentia, Scholastici iidem qui Clerici. Scholastici officium. Desin. Scholasticus cle-

ricorum censualis. Academia in Germania antiquissima.

(10.) Quænam Scholasticorum significatio Exercitationi nostræ propria. Quam proprium barbaris Theologophistis Scholasticorum nomen. Horum Scholæ academicis s. scepticis comparantur. Paria Sophistarum & Scholasticorum instituta & studia. Patrum de Scholasticis veteribus judicia novis hisce hominibus accommodantur.

(I.)

DE Scholasticis dicturi, imitabimur in limine Stoicos, qui studiose exquirunt unde verba sine ducta (Cicer. offic. l. 1. §. 23.) nominisque hujus originem altius aliquantum repetemus. Dictosa Schola Scholasticos, nemo est, qui ignoret: quid vero Schola & apud quos distinctis temporibus significarit, non adeo cuivis exploratum erit. Græcis, apud quos natum hoc vocabulum, σχολή (I.) Otium notat, sive vacationem ab officio, sive etiam in negotio moram & (II.) studium rei alicui impensum.

Nominis origine.

3

sum.. Boni enim ac *Docti nunquam minus otiosi, quam cum otiosi* quod Cato semper in ore habuit; vel, ut ille ap. Basilium M. (ep. 36.) Theologus, *μεγίστη πρᾶξις* ipsis est *ἡ ἀπραξία*. Quorum significatum exempla, apud Stephan. Diction. Græc. videri possunt. Unde & (III.) Schola, lucubrationes seu dissertationes sapientum notat. Quomodo Plutarchus initio opusculi *περὶ τῆ ἀκρίβειν*. Nicandro scribit: *τὴν γενομένην μοι σχολὴν περὶ τῆ ἀκρίβειν ἀπέσταλκά σοι*. *Que tibi enata fuit de auditu, Scholam misit tibi*. (IV.) Significat tandem Schola ipsam exercitationum locum, quo sensu tam ludii literarii quam gymnastici Scholæ passim vocantur. Atque hoc significatu non Latini tantum, sed aliæ quoque gentes Scholæ vocabulum civitate donarunt.

(2.) Etsi autem apud Latinos frequentissime nunc ludum quemvis significet, is tamen antiquior hujus vocabuli usus, quo pro literario, Schola usurpatur. Unde & Festus p. 212. *Schole dicuntur non ab otio & vacatione, sed quod ceteris rebus omissis liberalibus studiis vacare pueri debent.* & Aulionius Id. 32. v. 6.

A 2

Græc.

Græce Schola nomine dicta est,
Iusta laboriferis tribuuntur ut otia Musis.
 Antiquissima autem illa significatio, qua
 ad sapientum conventus atque exercita-
 tiones, ex consuetudine Græcorum, uti pa-
 tebit, Scholæ nomen translatum fuit. Un-
 de & Quintilianus lib. 12. c. 2. *Studia sa-*
pientia in porticus & Gymnasia primum,
mox in conventus Scholarum recesserunt.
 Hæ autem Philosophorum specialius sic
 dictæ Scholæ præ ceteris hoc peculiare
 habebant, ut ad ipsas confluerent bonæ
 mentis amatores, non tantum, ut ab ore
 magistri penderent; sed ut ea quoque quæ
 ipsimet domi solerti meditatione adinve-
 nerant, expromerent, atque aut sciscitanti
 Magistro responderent, aut viceversa asser-
 torum rationes ab eodem exposcerent.
 Quæ sapientum consuetudo Juvenali an-
 sam præbet satyram primam sic inchoandi.
Semper ego auditor tantum, nunquamne
reponam?

Et Seneca epist. 108. qua multas
 docentum discendumque leges recenset,
 inter alia, *Attalum,* inquit, *memini cum*
Scholam ejus obsideremus, & primi venire-
mus, & novissimi exiremus, ambulantes
quo-

Nominis origine.

quoque illum ad aliquas disputationes evocarem, non tantum paratum discipulis sed obvium, conf. ep. 66. Expressius autem Cicero hanc scholarum rationem explicat de finib. bonor. & mal. l. 2. initio. *Hic cum uterque me intueretur, seseque ad audiendum significarent paratos, primum inquam deprecor, ne me tanquam Philosophum putetis Scholam vobis aliquam explicaturum, quod ne in ipsis quidem Philosophis magnopere unquam probavi: Quando enim Socrates, qui Pater Philosophia jure dici potest, quidquam tale fecit? eorum erat iste mos, qui cum Sophista nominabantur, quorum numero primus est ausus Leontinus Gorgias in conventu postulare questionem, qua de re quis vellet audire. Audax negotium, dicerent impudens, nisi hoc institutum postea tractatum ad philosophos nostros esset. Et paucis interjectis. Arcefilas instituit, ut ii, qui se audire vellet, non de se quaerent, sed ipsi, dicerent, quod cum dixissent, ille contra; sed qui audiebant, quod poterant, defendebant sententiam suam. Apud ceteros autem Philosophos qui quaesivit aliquid, tacet, quod quidem jam fit etiam in Academia. Atque hunc Academicorum morem*

se quoque imitatum & scholas Græcorum more habere ausum profitetur Tusc. I. §. 6. Ubi inter alia: *Ponere jubebam, de quo quis audire vellet, & id aut sedens, aut ambulans disputabam. Itaque dierum quinque Scholas ut Græci appellant, in totidem libros retuli.* Sic & de Tauro Philosopho Gellius memorat Noct. Attic. I. I. c. 26. *quod dederit saepe post quotidianas lectiones, querendi, quod quis vellet, potestatem.* Cum autem in scholis sub disputationem frivola nonnunquam atque inutilia caderent, idcirco, quidquid ineptum atque absurdum erat, *scholicorum nugaliū* nomine veniebat, ut videre est ex Gellio I. 4. c. 1. Atque hinc quoque ea derivata hujus vocabuli significatio, ut pro secta Schola adhiberetur. Qui enim inter se dissidebant Philosophi, suis quilibet in scholis diversas opiniones asseriebant. Ita in Instit. §. 2. de manda, qui Cassio & Sabino contradixerant, *diversa schola autores* dicuntur. conf. §. 2. de emt. & vendit.

(3.) Nunc tandem e Schola ad Scholastici nominis & honoris originem descendemus. Est autem illa Scholastici significatio, quæ otiosum notat, prima & antiquis

quissima. quod vero tandem Scholastici titulus honori literario augmentum accessit, sequioribus contigit seculis, uti nunc quidem rem deducemus. Ante Platonem ac Aristotelem in Academia, hortis, porticibus ac Gymnasiis sapientum conventus institutos, quis est qui ignorat; & supra quoque Gellii testimonio probavimus. Scholarum autem philosophicarum nomen tunc ignorabatur & Leschæ concionum atque conventuum loci ut plurimum dicebantur. Expresse Apostolus τὸ παλαιὸν αἱ καθεδραὶ καὶ οἱ τόποι, ἐν οἷς εἰώθησαν ἀθροίζεσθαι φιλοσοφεῖν λέγουσιν ἐκαλεῖσθαι. ἔγωγε φησὶ καὶ Ἱεροκλῆς ἐν πρώτῃ φιλοσοφούμενων. *Antiquitus cathedrae, & loci, in quibus solebant convenire ac philosophari, Leschæ dicebantur, uti autor est Hierocles.* I. de phil. Post Aristotelis autem obitum Theophrasti ævo Scholæ vocabulum ad sapientum gymnasia primum translatum invenitur. Hanc enim Sophoclis Amphiclidæ filii legem Diogenes Laertius recitat in Vita Theophr. μηδένα τῶν φιλοσόφων σχολῆς ἀφηγείσθαι, εἰὰν μὴ τῇ βελῆ καὶ τῷ δήμῳ δόξη εἰ δὲ μὴ, θάνατον εἶναι ζημίαν, ne quis Philosophorum Scholam aperiret, nisi cum Se-

natui ac plebi videretur, qui ſecus faceret,
 ei capitale foret. Quæ mox accusato So-
 phocle lex una cum ipſo autore expiravit.
 Suſpicaretur equidem aliquis, legem hanc
 non Sophoclis ſed Laertii verbis expreſ-
 ſam: Id tamen nemo inficias ibit, ex Pla-
 tonis Academia atque Ariſtotelis Lyceo
 velut ex equo Trojano exiſſe viros huma-
 narum divinarumque rerum ſcientia præ-
 ſtantiſſimos, atque ſic non Græciam tan-
 tum ſed & Italiam, Galliarum partem,
 Aſiam & Ægyptum ſapientum coloniis
 impletam fuiſſe. Quo majorem enim
 unusquisque fiduciam ſtudiorum habebat,
 eo promptius quoque domi ſuæ collectis
 diſcipulis, quod a Græcis hauſerat ſapient-
 iæ neſtar inſtillabat. Apud Iudæos quo-
 que iſtas Philoſophorum ſcholas uſu re-
 ceptas fuiſſe, multa ſunt, quæ fidem fa-
 ciunt. Etsi enim poſteriores Thalmu-
 dici diris devovebant ſimul illum לגיד
ללמד *qui nutri-*
ret porcum & filium ſuum doceret ſapient-
tiam Græcicam, uti videre eſt Seph. Iu-
 chaſ. f. 17.2. Et Origines contra Celſum l. 2.
 & πάνυ μὲν ἐν Ἰουδαίῳι τὰ ἐλλήνων φιλοſοφῆſι,
Græcicæ philoſophiæ non admodum ſtu-
dent

dent Judai. Constat tamen de posterioribus seculis hæc interpretanda, quando jam Romanorum subditiōe premebantur, cum in Gemar. Babylon. ad tit. Menach. c. 6. f. 64. 2. ex una Abbæ Schola quadringenti laudentur Græcanicam literaturam & sapientiam conducti. Quin imo in Actis Apostolicis c. 6. v. 9. evidens Scholarum Judaicarum testimonium, ubi ex diversis *Λιβερτινων Κυρηναίων καὶ Αλεξανδρέων* scholis contra Stephanum insurgunt Judæorum Philosophi, divinam, quam prædicabat veritatem ex sapientiæ suæ placitis confutari. Et possemus per Libertinos academicorum s. scepticorum nationem, per *κυρηναίους* Cyrenaicam sectam, per Alexandrinos Peripateticorum familiam intelligere; nisi Itali, Afri atque Ægyptii, Ebræi sanguinis tamen omnes, nominibus illis designarentur. Quidquid autem hujus rei sit, id extra omnem dubii aleam positum existimo, Græcanicæ philosophiæ deditos illos fuisse, quicumque cum Stephano in arenam ausi sunt descendere. Ut enim alia taceam, Alexandrinorum nomen atque gloria, quam ex philosophiæ studiis indepti, id ipsum satis confirmat: de

quibus Strabo l. XIV. memorat, quod urbs eorum velut sapientiæ mercatus fuerit, & Xiphilinus, quod Aristotelicorum sodalitates Alexandriæ sustulerit Caracalla, cum summa Aristotelici nominis invidia flagraret. Præcipue autem Benja. Tude-

le. Itinerar. p. 121. זחוץ למדינת מדרש ארסטו רבו שר אלכסנדרוס ושם בנו יפה והגול ועמורי שישבין מדרש למדרש דשם כמו עשרים מורשות שהור באי שם מכל העולם ללמד טם חכמה Ex verf. Emper. *Extra urbem Aristotelis præceptoris Alexandri schola est, ubi pulchra & magna structura marmoreis columnis inter Scholas collocatis. Nam viginti ferme schole visuntur, quia eo ex toto mundo confluebant, quo Aristotelis Philosphi sapientiam addiscerent.*

(4.) Quemadmodum vero apud gentes Philosophicarum scholarum magisteria maxime frequentata fuisse modo accepimus, ita quoque a prima statim Evangelii luce talia sapientiæ sacraria inter Christianos extitisse, sunt, qui ex illa Actor. 19. 9. memorata Tyranni schola nobis persuadere conantur. At vero istam Tyranni scholam Judaicam fuisse Synagogam,

in

in qua non nisi sacra & legalis sonabat doctrina, ipse textus satis superque docet: Quod si curæ Christianis antiquissimis fuisset, aut etiam integrum, publicis suis scholarum magisteriis erudiri, quid causæ fuisset Tertulliano, ut nefandum idololatriæ crimen illis impingeret, qui in scholis gentilium confidentes avide fabulas nugasque hauriebant; mox autem excusaret hanc Christianorum consuetudinem, seque ipsum velut corrigeret, quod *necessitas deputatur ad excusationem illis, qui aliter discere non possunt.* Sed Apostolos, inquit, per singulas civitates ordinasse scholas & Marcum scholam Alexandrinam Christiana religione ita implevisse, ut quæ Aristotelicorum gentilium antea fuerat, tota cesserit Christianis Doctoribus. Quem autem firmum tibicinem invenimus huic suffulciendæ sententiæ, cum omnia historicorum monumenta reclamant. Et ut omittam Hieroclem, aliosque Alexandrinos philosophiæ gentilis professores, qui post Marcum, Pantanum, Clementem atque Originem floruerunt, ipse Eusebius l. 7. c. 32. profanam gentium doctrinam in schola Alexandrinorum diutius viguisse

guisse non obscure docet. Gavisi equidem ea libertate Pantæus Clemens atque Origines, ut cum suæ religionis assertoribus publica Alexandrinorum Gymnasia calefacerent, quod tamen magistratus auctoritate muniti gentilium philosophos de statu atque cathedra dejecerint, ejus rei nulla extant vestigia. Quin potius ex consuetudine veterum colligimus, & exemplis comprobamus, diversarum sectarum Philosophicarum discipulos atque professores eodem in loco de sapientiæ suæ institutis verba fecisse. Quemadmodum & Plotinum & Origenem simul Alexandria docuisse in vita Plotini Porphyrius autore est, quando commemorat, discipulis Plotini Origenem se miscuisse, & sermonem tunc Plotinum abruptisse. Et cum tot Scholæ Alexandria fuerint, ut supra ex Benjamine audivimus, quid absurdi committeremus, si aliquam in iis Cathedram Christianis quoque assignaremus. Illorum aut elleboro purgandum caput, qui Essenorum (monachorum sc. ordinis) auspiciis Marcum ponunt, cum Philosophi Esseni illi fuerint & simul Christiani; Marcus autem Philosophiæ Doctrinam Judæis ac Aegyptiis instillarit.

larit. Quos ex arena funiculos nectere non veretur Nebridius a Mundelheim in antiquario monastico suo, & nunc memorasse est quoque refutare.

(5.) Licet autem augustum Philosophiæ nomen tot scholas jam inde a Platonis atque Aristotelis ævo per orbem implevisset, Scholastici tamen nomen tum demum in honore esse cœpit, cum ad occasum linguæ latine splendor deverteret. Hæsit nomen illud primitus in Rhetorum scholis, qui ad umbratilem eloquentiam Hocratis exemplo juventutem informabant, & illi proprie dicebantur Scholastici, qui nondum a foro calebant. *Cum enim in scholis forensis lites materia tentavissent, mittebantur ad tribunalium pugnas*, inquit Hilarius I. de Trinit. Quando autem hi scholasticorum discipuli illarum artium expertes erant, quibus in foro causidici utebantur, id circo ut innocentes præ illis, qui lites orabant, laudis non nihil merebantur. Inculat se ipsum Plinius ep. 3. l. 2. & sui similes in foro versantes, *Scholasticis contra ditans nihil aut simplicius esse, aut sincerius, aut melius.* Sic & Ciceroni orat. in Pison. *Homo de Schola innocens est ac spectatus*

Etatæ probitatis. Cum vero *Scholasticorum ingenia*, uti Suetonius queritur l. de claris Rhetor. *fastidire consuevit, diversa a forensibus causis tractare, imo ad miramenta deflecti cœpissent*, doctorum censuram, quin & publicam effugere non poterunt. Unde & Petronius initio satyrici in ipsos invehitur, *Et Adolescentes existimat in scholis fieri stultissimos, quia nihil ex iis, quæ in usu habemus, aut audiunt aut vident.* Et Seneca l. 5. contr. *Vsq̄ue eo ingenia in Scholasticis exercitationibus delicata enutriti, ut clamorem, silentium, risum, cœlum denique pati nesciant.* conf. eund præf. l. 4. contr. Quint. l. 4. c. 2. Gelli. l. 14. c. 11. Orationem de Vulpec. Scholast. apud Dornav. Theatr. sapient. Socrat. pag. 556. Imprimis autem Ciceron. l. 3. de Orator. §. 93. Inde quoque factum, ut quæ magistratam habuissent summam simplicitatem atque stoliditatem, ea a Scholasticis profecta dicerentur, cujus rei argumentum præbent Facetiæ Hieroclis, quæ Scholasticorum stultitias deridendas propinant editæ Londin. a. 1654. una cum reliquis Hieroclis opusculis. Ubi videri quoque poterit de Scholasticis præfat. Pearson.

Tum

(6.) Tum vero Scholastici in celebri-
tate versari coeperunt, quando jam Cæsa-
rum auspiciis Romæ primum & post etiam
alibi locorum Scholæ publica autoritate
constitutæ, quando & legibus definitus
Professorum numerus, & scholasticorum
circum scripta fuit licentia, ceu patet ex
leg. de studiis liberalib. urb. Rom. & Con-
stantinop. in Justiniano pariter & Theodo-
siano Codice de quibus Conringius videri
potest in dissert. de antiquit. Academic. &
ad Leg. I. Cod. Theodof. Neque tamen
Romæ aut Berytho aut etiam Constanti-
nopoli omnis literarum mercatus include-
batur, quanquam splendidioribus privile-
giis urbes illæ gaudebant, sed quoque mi-
nores civitates omnes, Antonini Pii Con-
stitutione & Medicos & Sophistas &
Grammaticos certo numero immunes ha-
bebant, uti id ipsum ex codice Theodosia-
no Tholosanus deducit de Rep. l. 18. C. I.
Omnes igitur, quicunque artium prima-
riarum studiis operam navabant, sive ad-
huc sub metu & Magistro essent, sive jam
posuissent tirocinia, Scholasticorum nomi-
ne veniebant. Augustini dictum in hanc
rem Casaubonus citat in histor. August.
script.

script. p. 416. *Cum Scholastici solam proprie
 & primitus dicantur ii, qui adhuc in schola
 sunt, omnes tamen, qui in literis vivunt, hoc
 sibi nomen usurpant.* Et quia scholastici
 illi ex morum elegancia decus summum
 captabant: Ideo quoque rudi atque in-
 compto opponitur is, qui est Scholasticus.
 Sic apud Capitolin. in Maximin. junior.
 Alexander in epistola ad matrem. *Timeo
 ne soror mea Grecis munditiis erudita bar-
 barum socerum ferre non possit, quamvis
 ipse adolescens, & pulcher, & scholasticus
 ad Grecas munditias eruditus esse videa-
 tur.* Sic & milites, qui Scholares dica-
 tur, de quibus Veget. l. 2. cap. 17. ab ornatu
 commendantur. Agath. l. 6. *οι εις το διμμε-
 ρειν τε και διανηκτερον εν τη αυλη απομα-
 κειντο, τες δη σχολαριως αποκαλυσι. ετοι δε στρα-
 ταιωται μιν ονομαζονται, εισι δε οι πολλαι ασυ-
 κοι και Φαιδεσημορες, και μόνον ουκ εν τῃ βασι-
 λικῃ ενεκα και της εν ταῖς προοδοις μεγαλαυ-
 χιας εξευρημενοι.* *Qui dies noctesque in
 aula Principis consumunt, hos Scholares vo-
 cant.* Multi vero sunt, & urbani, splendi-
 de vestiti, tantum fastus & magnificentie
 imperatorie ergo in proditiionibus inventi.
 Hinc quoque Lactantius l. 7. c. 12. *Ridiculo
 atque*

atque stulto Scholasticum opponit, quem alii infra pecudes ob stultitiam supra abjecerant. Ita ille. *Que sententia deliri hominis, quoniam ridicula est mimo dignior, quam Scholastico fuit, ne refelli quidem serio debuit.* Quin & Scholastici nomen & titulus jam tum eruditionis & scientiæ argumentum erat, Sic enim Augustinus Tract. 7. in Johannem. *Qui habent causam est volunt supplicare imperatori, quarunt aliquem Scholasticum jurisperitum, a quo sibi preces componantur, ne forte si aliter petierint, quam oportet, non solum non impetrent, quod petunt, sed et pœnam pro beneficio consequantur,* quem locum adducit Rittershus. ad Salv. pag. 4. ut & Macarii homil. 15. & 26. ubi de Scholarum ordine & facundia Scholasticorum agit, quo probet Scholasticum pro advocato interdum quoque usurpari, cui & Vossius consentit ubi Agathiam, quem Scholasticum Smyrnæum Suidas vocat, advocatum interpretatur de Historic. Græc. l. 2. c. 22. p. 22. An autem ex Augustini verbis hæc Scholastici dignitas elucescat, & quoque Macarius advocati dignitatem Scholasticis conferat, ego equidem haud

B

video,

video, & pensitandum illis relinquo, qui de Advocatorum nobilitate, quam leges illis vendicant, iudicium ferre possunt. Videtur autem Rittershusius officiales confundere cum Scholasticis, quippe officialium ordo etiam Schola vocatur, uti patet l. ult. C. de locato. Quorum Scholarum comes tantæ autoritatis erat, ut in ipsos senatores animadvertere posset. Et sic ad militiam quoque Scholæ vocabulum transferebatur, uti paulo supra monuimus, vide de hisce Scholasticis & Scholaribus Notitiam Imperii, cum Panciroll. Comment. p. 102. & 74. & Bulenger. de Imper. Roman. l. 4. c. 29.

(7.) Sic primum a Scholarum constitutione suum quoque mutuati splendorem Scholastici: iidem cum vulgus eruditorum eloquentiæ studiis antecellerent, istam quoque nomini suo gloriam vendicant, ut qui facundi antea atque eloquentes dicerentur, posteris temporibus Scholastici salutarentur. Hinc Salvianus prætat. l. de gubernat. Dei *Id facere annisi sunt, non ut salubres ac salutiferi, sed ut scholastici ac disertii haberentur:* & apud Sulpicium Severum Dial. I. *Cum sis Scholasti-*

lasticus, hoc ipsum quasi Scholasticus artificiose facis, ut excuses imperitiam, qui exsuperas eloquentia. Hinc Scholasticus sermo terso, ornato atque rotundo æquipollet. Testatur de se ipso Hieronymus, quod cum *Rhetorum studiis adhuc caleret, multa scholastico flore pinxerit.* Paulum vero Commentar. in ep. ad Tit. ait, *argumentum concionis, quam Athenis habueras, ab inscriptione Are Atheniensis Scholastica quadam elegantia traxisse.* Sic quoque Capitular. oper. Carol. l. 2. c. 30. in laude sacrarum litterarum & hoc ponitur quod in scripturis, *argumenta non solum scholastico, sed & vulgari & tumultuoso sermone semper coherant.* Neque eloquentiæ tantum, sed omnis quoq; politioris literaturæ, si quæ istis seculis poterat efflorescere laudem ac gloriam Scholasticum nomen complectebatur. Unde *Scholasticae literæ* nil aliud sunt, quam multivaria cognitio s. πολυμαθία. Ita Paulinus ad Severum. *Si ille Gigantis historie causas non ediderit, qui & Scholasticis & salutaribus literis Græcæ & Latine dives est, &c.* Et Leontius Sphær. Arat. Elpidium vocat *σχολαστικὸν ἀνέρα ἀξιόλογον καὶ φιλομαθῆ.* Jamque Scholastici

titulus inigne ac cognomen literatoribus accedebat, idque ex voto ipsorum, si Barthio credimus not. in Zaehar. Dialog. de immort. anim. p. 242. *Christiani autores Scholastici titulo Philosophos se dicere voluerunt, perpetuos discipulos indicantes, etiamsi omnem doctrina operam impenderent.* Hinc Johannes Scythopolita (Genadio de Scriptor. Eccles. c. 93. ex Grammatico Presbyter) ob hanc Grammaticam scientiam Scholastici cognomine memoratur Photia cod. 95. Et qui contra Philoponum aliosque Tritheitas veritatem disputando asseruerat, Ioannes, apud eundem Photium cod. 73. & 24. Episcopi ac Scholastici nomen simul & honores retulit. Idem cognomentum Agathia, Zacharia aliisque apud Græcos accessit. Fredegario autem Historico, Berengario aliisque ob professionem & scientiam apud Latinos, de quo infra pluribus. Genadius Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum quos supra vulgum scientia laudibus extulit, Scholasticorum cognomine insigniuit. Sic Julianum Episcopum Capuanum *virum acris ingenii, in divinis scripturis doctum, Græca & Latina lingua*
Scho-

Scholasticum vocat; sic & *Museum virum* in divinis scripturis doctum, *Græca & Latina lingua Scholasticum* c. 28. & *Prosperum sermone scholasticum* c. 84. commendat. Et Hieronym. Catalog. c. 99. Serapionem Thunis (al. Thmuis) Ægypti urbis Episcopum ob elegantiam ingenii cognomen *scholastici meruisse*, refert. Progre-diente ulterius barbarie Scholastico nomi-ni nova adhuc accessio fiebat, & qui pri-dem Scholastici, jam *Scholasticissimi* voca-bantur. Sic Fortunatum Scholasticissi-mum vocat Hilduinus Abbas & Sidonium *omnium Præsulum Scholasticissimum* Sigebertus Gemblacens. Histor. Hierosol. cit. Barth. l. f. c.

(8.) Accedimus nunc ad eam Scho-lasticorum gentem, de quibus præsens mo-do instituta dissertatio, atque ut eos a qui-busvis aliis sejungamus, Scholasticos dice-mus, qui ab illo tempore Theologiæ ac Philosophiæ professionem in se derivari passi sunt, quo patres vocari desierunt, qui ecclesiam curis suis, seculum vero scriptis ac operibus ornare studuerunt. Sic namque vulgo aurei sæculi lumina Patrum hono-re dignamur, qui autem ferrea secula magis

exasperarunt, Scholasticorum nomine appellamus. Scilicet, ut est in proverbio *conveniunt rebus nomina saepe suis*. Quomodo autem Scholastici illi in vacuas Patrum ac Doctorum ecclesiae partes venerint, quibusque in locis nominis aliquam claritatem summas inter barbarici tenebras invenerint, nunc quoque paucis annectemus. Quam foecunda olim sapientiae seges fuerit, florente imperio Romanorum, & constitutis per omnes civitates literarum Gymnasiis illud ex constitutionibus Imperatorum satis efucet, quantus etiam Scholarum Theologicarum splendor Romae, Carthagine, Athenis & alibi quoque fuerit, nisi Augustinus memoraret, satis ostenderent ipsi ecclesiae Doctores tanto numero atque scientiae gloria, ut quid in singulis ingens atque inositum mireretur dubium faciat exacta omnium eruditio. Ab ista autem literarum gloria & felicitate tunc decidit florentissimum Romanum imperium, cum pari vi atque rabie ab immanissimis barbarorum nationibus undiquaque irrupentibus totum tandem convelleretur. In ista Romae, & orbis verius quam urbis ruina prostratae quo-

quoque & profligatæ humaniores literæ, cumque publice triumphos agere non possent, in claustra atque cœnobia religiosorum nudipedes, ut quodam Roma Vestales fugerant, sese abdiderunt. Cesserat decus earum prædæ barbaris, & librorum supellex, stipendia, atque honor omnis Martis ob furores perierat, quin & parum tutum apud inutilia terræ pondera atque ignavos ventres domicilium invenerant, ut de salute earum apud Christianos jam pene conclamatum videretur. Sed ab ipso quasi funere revivixere, dumque summa rerum ad Francos devoluta Carolus ob res gestas vere Magnus occidentem armis percasset, una cum imperio literæ ad pristinum iterum decus aliqua ex parte resurrexerunt. Usus autem ea in re Alcuini potissimum opera Carolus, qui ex Bedæ disciplina Monachus ad Carolum ex Anglia legatus, ex legato hospes, ex hospite præceptor, verba Polydori sunt lib. 4. Rer. Angliæ, eo tandem Carolum permovit, ut aliis quoque ex Anglia sive evocatis sive appulsis monachis Parisiensem ac Ticinensem recens fundatas academias exornaret, de quo pluribus in-

fra c. VI. occurrer. Sed eo non contentus Carolus, ut ad restaurandas literas plus momenti afferret, pristinam monasteriorum disciplinam revocavit. Fuerant enim antiquitus monasteria virtutum atque artium liberalium seminaria, sive ut notat Bruschius Histor. Monasterior. ubi de Wenckio abbate agit *non otiosis ventribus, sed literarum & honesta vite studiosis instituta condita ac tanta principum liberalitate erecta atque dotata*, quod & de Aurelianensium Ivo in Justinian. & Lexovienfium Vincentius Spec. hist. l. 23. c. 17. Monachorum institutis commemorant. Atque olim etiam seculo VI. Benedictus novi ordinis conditor ea suos lege atque religione astrinxerat, ut ad docendas artes liberales omni cura studioque incumbere. At vero cum salutaris ista disciplina superstitionis verius quam religionis obtentu expirasset, & literas seculares, ut vocabant, monasteriis iniquissimi censores ejecissent, quin & sua ignavia Monachi, quorum Deus venter, ad studia sic satis obtorpuissent; languentes suis iterum editis Carolus excitavit, atque id Episcopis (quos jam ante Scholis praefectos constat

ex Alexandrinorum exemplis, tum quoque Sozom. l. 8. c. 27. Evagr. l. 4. c. 38.) id negotii dedit, ut quam possent curam atque operam ad ornandas augendasque Scholas conferrent. Extat ipsius ad Episcopos facta admonitio l. 2. capit. 5. *Schola sane ad filios & ministros instruendos, sicut nobis praterito tempore ad Attiniacum promissistis, & vobis injunximus in congruis locis, ubi nec dum perfectum est, ad multorum utilitatem & profectum a vobis ordinari non negligentur.* Quale vero illud argumentum Carolini ardoris in propagandis literarum studiis, quod devictas Saxonum terras Monachis ac Episcopis maximam partem divisit, & Collegia ubique instituit ac largissimis redditibus ditavit, quo juvenus artibus liberalibus probe informaretur; unde in Osnabrugensi fundatione hæc ejus extant: *Gracas & Latinas Scholas ibi in perpetuum manere ordinavimus, nec unquam clericos utriusque lingue gnaros deesse confidimus.* De quibus videri poterit Crantzius Metropol. l. 1. c. 2. Quantum vero hic Caroli ardor ad literas ornandas profecerit, ejusdem ætatis studia satis explicant.

*Scilicet in vulgus manant exempla re-
gentam,*

*Utque Ducum lituos, sic mores castra se-
quuntur.*

Cumque Carolus tantum literarum amo-
rem ubivis ostenderet, eundem quoque
fervorem omnes Episcopi præ se tulerunt.
Specimen diligentiae eorum videre est, ex
Cabilonensis Synodi can. 3. (extat in cano-
nibus conciliorum Ioann. Sagittarii. p. 375.)
*Oportet, ut sicut Dominus Imperator Caro-
lus, Vir singularis mansuetudinis, fortitu-
dinis, prudentia, iustitia, & temperantia
præcepit, scholas constituent, in quibus lite-
raria solertia disciplina & sacra scriptura
documenta discantur, & tales ibi erudian-
tur, quibus merito dicatur a Domino, Vos
estis Sal terra, & qui condimentum plebibus
esse valeant, & quorum doctrina non solum
diversis hæresibus, verum etiam Antichristi
monitis & ipsi Antichristo resistatur. Sic
&c. in Italia non multo post Eugenius II.
Scholarum, de quibusdam locis ad nos re-
fertur, neque magistros, neque curam inde-
niri, pro studio literarum, idcirco in univer-
sis episcopis, subjectisque plebibus, & aliis
locis in quibus necessitas occurrerit, omnino
cura*

cura & diligentia adhibeatur, ut Magistri & Doctores constituentur, qui Studia literarum liberaliumque artium dogmata assidue doceant c. 12. de quibusd. dist. 73. In Moguntina autem Synodo seculo IX. celebrata, patres familias jubentur liberos suos ad monasteria adducere. De Monachorum autem studiis & potissimum Benedictinorum Trithemius Chron. Hirsaug. ad a. 840. Erat his temporibus in monasteriis nostri ordinis hac consuetudo celeberrima, ut Schola Monachorum in singulis pene cenobiiis haberentur, quibus non seculares homines, sed Monachi moribus & eruditione praestitiebantur nominatissimi, qui non solum in divinis Scripturis docti essent, verum etiam in Mathematica, Astronomia, Arithmetica, Geometrica, Musica, Rhetorica, Poesi & in ceteris omnibus secularis literaturae scientiis eruditissimi haberentur. Ex his multa non solum in Romana lingua docti erant, sed etiam in Ebraica Graeca & Arabica peritissimi, quod ex eorum opusculis facile demonstratur: quanquam nullo scriptorum, qui a primava institutione preceptorum paulatim degenerare coeperunt, pauca exemplaria nostris temporibus emendata reperiantur.

TOTUM

Totum literarum incrementum & studia Episcoporum & Monachorum, quantumque ab illis degeneraverint posteri, fuisse nobis edifferit P. Laggus ipse Monachus Chron. Citiz. edit. Pistor. pag. 763. *Priscis temporibus, utpote Carali Magni & Ottonum, dum Ordo noster Ecclesiam Dei mirum in modum Doctrina & Sanctimonia illustraret, studium sapientie per maxime in eo viguit. Et hac unica fuit & maxima causa, quod Monachi eligebantur in Episcopos. Tunc equidem literarum gymnasia erant in cœnobis & potissimum in celebratioribus archiepiscopis, (legend. abbatisteriis) Fuldensi videlicet, Hirsfeldensi, Corbœyensi, Weistburgensi, Prümensi, Tuicensi, Gemblacensi, Hirsangensi, & Treverensi; tacendo de Italia, Hispania, Gallia, ceterarumque provinciarum, præcipue Cassinensi, Cluniacensi, Floriacensi & similibus florentissimis cœnobiis, in quibus Monachi & Abbates claruere in omni scibili doctissimi, qui & multa præclara ad utilitatem legentium & fidei defensionem carmine & prosa ediderunt opuscula, quæ usque in præsens extant, & extabunt in salutem per secula credentium. Nusquam enim eo tempore per Germaniam instituta literarum fuerant Gymnasia, imo & aliquot post sæculis academia vel (ut ajunt) universitatis nomen illis in omni pene occidentis imperio incompertum fuerat. Præter enim Romanum vetustissimum & Parisiense tunc novum, utpote*

Cæ-

Caroli M. jussu, opitulamine & autoritate per nostros Monachos fundatum, nullum in historis aliud universale legimus existisse studium. Floruit itaque illa aetate sapientie in cenobiis studium. Proinde Reges & Principes ceterique nobiles, ad discendum Dei timorem cum literis, liberos suos Monachis intra claustra tradiderunt instituendos. Quorum plerique manentes sub regula disciplina magisterio in viros creverunt sanctissimos: alii per parentes revocati moderatores Reipublica strenui & prudentissimi facti sunt. Unde de beato Adalberto primo Magdeburgensis Ecclesie primatate in annalibus ejusdem Ecclesie legimus in hac verba. Hic instructissimus omnium liberalium artium scientia, perfectus discretionem, mansuetudine, innocentia in diebus sui sacerdotii solerter commissio invigilabat gregi. Et post pauca. Traduntur plures & ingenui procerum & Regie stirpis filii sub tanti patris institutionibus, claram dominice servitutis militiam inchoaturi. Haec Lan- gius, qui fratrum suorum deperditos mo- res cum priscis collatos tam acerbe in praecedentibus perstrinxerat. Ex ultimis ipsius verbis videre est, quod fuerit Episcopo- rum & quidem Primatis Germaniae Magdeburgensis Archiepiscopi officium. De quo supra quoque Caroli constitutio- nem ex 2. Capit. c. 5. accepimus, ut scilicet filiorum & ministrorum Caesaris instru-
derent

adoram vel docendorum curam gererent.
 Tantæ autem molis erat, *tribus aut quatuor sæculis extinctum literaria sapientia lumen in mundo iterum accendi, ad quod Deus Caroli M. opera ac felicitate utebatur* verba sunt Curionis l. 2. Chronologiæ.

(9) In hac autem Monasticarum Scholarum disciplina id cum primis notandum venit, quod in duplici differentia Scholæ illæ fuerint: aliæ parvulis nobilibus ac ingenuis parentes, quibus linguarum & artium rudimenta docebantur: aliæ illis tantum consecratæ, qui nuncio misso secularibus mundi negotiis divinorum meditationi innutriebantur, atque in adyta Theologiæ, quam tunc faciiebant moralisticam, penetrare summo studio al-laborabant. Quam Scholarum differentiam ex Ekerhardo in vita Notkeri Gref-ferus Observat. cap. 8. proponit. Nos Theologicas illas. *Si parva licet componere magnis*, acroamaticas vocabimus, cæteras vero exotericas indigitabimus, prout Aristoteles in *de alio περιπατω* quosvis promiscue docebat, ut ex Gellio l. 20. c. 4. videre est, ad arcana autem sapientiæ in acroaterio percipienda admittebat tan-
 tum

tum illos, quos myſteriorum Philoſophico-
rum avidos opinabatur. Acroamatica
autem exercitia Theologorum diſputatio-
nibus potiffimum abſolvebantur; ut quiſ-
quis experiri poſſet cum quibuſvis de qua-
vis materia, & palmam victor obtinere,
non veris rationibus, ſed numero ſyllogiſ-
morum, ac promptitudine obnunciandi,
is ad ſummos honores aditum ſibi parabat.
Hac enim contentionum via ad honores
contendebant. Ut monet Bernardus
Morlanenſis carmin. de contempt. mun-
di.

*Qui bene diſputat, & cito computat arte ſcha-
lari*

*Non petit (perit) artibus, & petit artibus Ab-
ba creari.*

Unde quoque factum, ut Scholaſtici illi
acroamatici clericorum nomine appella-
rentur. Charondam Gallicum ſcripto-
rem Limæus laudat jur. publ. l. 8. c. 6.
p. 57. Cujus verba latine verſa ſic ſe ha-
bent. *Olim Schola erant in Monafteriis,
unde profluxit, ut qui literis erant addicti
appellarentur Clerici, & literarum cognitio
clericatura,* atque hanc etiamnum in An-
gla obtinere ſignificationem, ut Scholaſti-

ci Clerici dicantur autor est Rittershusius de different. jur. civil. & canonic. l. 3. c. 14. p. 102. Rostochii etiam Studiosos quarumcumque disciplinarum Papas aut Semipapas vocari a civibus, neminem latere potest, qui isthoc in loco liberalium artium Studiis operam dedit, & Limnæus memoravit loco supra citato. Ad hujus autem significationis valorem canones Conciliorum aliquot multum contulere, quibus adempta Laicis omnis literarum professio, ut in Toletano aliisque conciliis statutum. Commune itaque omnibus artium candidatis Scholastici nomen fuit, postreum vero velut per quamdam ἐξουσίῃ uni alicui tributum, qui in cathedralibus ecclesiis Theologicarum exercitationum præses atque Rector constituebatur: cujus officii confirmationem ex Canon. XI. Lateranens. Concilii sub Innocent. III. celebrati discimus. Extant canon. Concilior. Sagittarii. p. 501. hæc verba concilii. *Quia nonnullis propter inopiam & legendi studium opportunitas proficiendi subtrahitur, in Lateranensi concilio pia fuit institutio provisum, ut per unamquamque cathedralem Ecclesiam magistrum, qui clericos ejusdem*

dem Ecclesia aliosque Scholares pauperes gratis instrueret, aliquod competens beneficium preberetur, quo & docentis relevaretur necessitas, & via pateret discipulis ad doctrinam. Verum quoniam in multis ecclesiis id minime observatur, nos predictum roborantes statutum, adjicimus, ut non solum in qualibet cathedrali ecclesia, sed etiam in aliis, quarum sufficere poterunt facultates, constituatur magister idoneus a prelato cum capitulo, seu majori ac saniori parte Capituli eligendus, qui clericos Ecclesiarum ipsarum & aliarum gratis in Grammatica facultate ac aliis instruat juxta posse. Sane metropolitana ecclesia Theologum nihilominus habeat, qui sacerdotes & alios in sacra pagina doceat, & his præsertim, quæ ad curam animarum spectare noscuntur. In iis quæ sequuntur Grammaticus vocatur is, qui exotericas lectiones faceret, & Theologo contradistinguitur, qui acroamata tractabat, & Scholastici titulo jam inde ab aliquot seculis honorabatur. Sic enim 3. annal. Francor. Papius Massonus de Berengario loquens. Erat is Andegavensis Archidiaconus, Thesaurarius, Scholasticus, qui honores gradibus

bus duntaxat doctisque viris olim deferebantur. In maximis namque ecclesiis Scholastici munus erat clerum docere. Idque nomen in Ecclesia Andegavensi retinetur, quisquis hodie Academia Cancellarius est. De eodem Scholastici munere loquens Nebridius a Mundelheim antiqu. Monastic. ep. 82. p. 379. illud ipsum durare adhuc ut & nomen & dignitatem docet. Ita ille. Si quæris, num etiam ordo canonicus olim docuerit, absque hesitatione affirmo, quidem aliud innuit nomen & officium Scholastici, quod etiamnum in cathedralibus ecclesiis perseverat. At homini in ois contradicit Bellarminus tom. 5. controvers. c. 19. In quibusdam Ecclesiis, inquit, adhuc hodie nomen & dignitas Scholastici perseverat, licet ipsa functio pene cessaverit. Magis ingenue Crantzius fatetur Wandal. l. 7. c. 14. p. 156. plane illud expirasse. Ubi de Alberto oratore Pontificio loquitur. Erat is, inquit, pridem Scholasticus in Ecclesia Bremensi, vir omni literarum genere doctissimus, quod illa tempestate apud insignes Ecclesias, qui nunc dure, (i. e. male, aut leg. durant) Scholastici tunc vocabantur magistri docentes in omni literarumge-

vera. Etate nostra Scholastici officium nullum est, nisi collectas pauperum scholarium in usus mensæ suæ vertere, ut professorum labor autem cogat insigniter esurire. Quantum ergo mutatus illo, Scholastici nominis & officii splendor, cum a studio literarum averſi Canonici, ad otium & voluptates sectandas converterentur. Actum itaque de professione liberalium studiorum in Germaniis fuisset, quandoquidem in hac Vacunæ castra & Epicuri hortos, Canonorum scilicet collegia & Monachorum conclavia transferebantur, nisi nova Scholasticorum Parisiensium colonia Germaniam implevisset. Quibus enim cordi erat aliquam in Mustaceo laureolam querere, & disputandi artificio decus sibi parare, longis itineribus ex Germania Bononiam aut Parisios proficisci cogebantur, unde tedio itineris multi suas sibi res habere Musæ & valere jubebant. Usque dum ad Parisiensis leges & fundamenta Heidelbergensis primum a. c. d. ccc. xlvi. & biennio post Pragensis erectæ sunt Academiæ, ut Lithman. Chron. Spir. l. 7. c. 38. testatur. ex quibus Viennenses demum & reliquarum academiarum profeminati sunt.

funt Scholastici, monachis potissimum in ea studia annitentibus uti ex Aventino edit. Germ. l. 1. p. 211. & 117. Constat quod si quis plura de academiis Germanicis cognoscere avebit, Middendorpium consulat & Pantaleon. German. illustr. prosopogr. part. 2. Atque sic quæ primum ad monasteria redactæ scholæ erant, publico atque academico rursus splendori restituebantur. Unde & Cranz. metropol. l. 2. c. 43. *Apud insignes ecclesias ab antiquo docti viri fovebantur, priusquam publica literarum Gymnasia, qua nunc multa florent, per Christianismum erigerentur, qua res apud nostrates pene besterna est. Conf. Hist. Schol. 1. Alsted. Chron.*

(10.) Atque hæc de Scholastici nominis origine ac significatione paulo altius repetere operæ pretium duximus, quæ ex Scholarum successionibus de Professionum quoque Scholasticorum munere ac dignitate constaret: Quod si quæ in recensione variarum significationum prætermisimus, Vossius de Vitis latini sermonis, ut & Meursius in Gloss. Grammaticorum facile principes indicabunt. V. & H. Valerius in Marcell. p. 31. & Gatak. in vit. Antonini. Quod ergo attinet ad illos, qui litterarum regnum

regnum media in barbarie tenuerunt Scholastici, de quorum studiis in sequentibus dispiciemus, in ipso limine monenda hic præcipue duo de ipsis censui, quam proprium sibi Theologo Philosophi s. Moralista, uti vocari amant, Scholasticorum nomen vendicent, & quo inter Philosophos loco eosdem habeamus. Non invidemus equidem ipsis barbari ævi applausum; Sint Scholastici, & quod cupiverunt, etiam Scholasticissimi, qui inter cæcos monoculi regnarunt; at inter sapientum præstantissimos locum ne affectent. Ne tamen omnino Philosophantium coetu ejiciamus, qui pulvere illo scholastico & infinitis laboribus pene ad commiserationem movent, ad Scepticorum ac Sophistarum classem eos referemus. Paria enim utrorumque placita, atque uti primi illi novæ academici autores in utramque partem de omnibus disputabant, atque has suas in otio disputationes Scholarum nomine commendabant, ad eundem quoque modum Scholastici omne punctum tum demum se tulisse arbitrabantur, si quando tribus syllogismis instructi de quavis materia litem movere possent.

C 3

Qui-

Quibus disquisitionibus idem quod scepti-
corum dubitationibus effectum est, ut scri-
batur altercando veritas tandem amittere-
tur. Quomodo Sophistarum vestigia
presserit Arcefilas, Scholas dialecticas pri-
mum instituendo, supra ex Cicerone au-
divimus. In eodem plane cum Sophistis
Iudo edoctos Scholasticos & in institutio-
ne Scholarum Arcefilam imitatos nemus
negaverit, quisquis illum Sorbonæ tabu-
lam Franciscum Mayronis Scholasticorum
nugacissimum viderit apud Genebrard
p. 693. *Franciscus Maromus Franciscanus sub
anno 1275. magnanimum illum Sorbonicum intro-
duxit, quo astate per singulos dies Veneris respon-
detur a quinta matutina ad septimanam respicienti,
sine profede, sine socio, sine prædico & pasto, sine ulla
emigratione, in eadem perpetua corporis sede, &
animi contentione, donec cunctis oppositoribus sa-
tisfactum sit, præsertim hæc laurea primi & secun-
di ordinis, qui sunt minimum sexaginta, & argu-
menta circiter centum agitant. Nam singuli pri-
vi ordinis duo texunt, primus etiam (quem pri-
orem appellant) novem. Facinus in expertis for-
midabile, ac cujus causa nemo hætenus in valenti-
dinis discrimen venerit, plures molius habuerint,
sive quia vis audentes divina juvat, sive quia mem-
tis contentio non sinit cogitare de corpore, minus de*

scm.

tempore. Egregios vero athletas qui tanto conatuantas nugas! Nulla itaque alia in re, nisi sermonis elegantia a Scholasticis Sophistæ ac Sceptici vincebantur. Hoc autem Philosophiæ Scholasticæ genus est, quod Cicero *audax vocat ac impudens* ortum ex illis sapientiæ dehonestamentis, quos Sophistas vocabant, & Plato Ἀθλητῆς τῆς ἐριστικῆς τέχνης, δοξῶν ἐμποδίων μαθημασι περὶ ψυχὴν καθάρτας, δοξομιμητὰς, εἰδωλοποιῶν, φαντασικῶν, ἢ θεῖς ἀλλ' ἀνθρώπων τῆς μιμήσεως, rixarum contentionumque certamina obcuntes, vanarum falsarumque opinionum artifices, inanium imaginum commentis esse & alios fallentes, eosque sui ingenii factus edentes, non divinos quidem opifices, sed phalaræ mendaciorum architectos ut Serranus vertis, pressius autem ad verbum & ad Scholasticos. *Athletas artis litigatoris f. vitiligatoris, intricatarum sententiarum doctrina anima corruptores, sententiarum ac opinionum falsarum magistros, idolorum fabricatores, phantasticos, non Dei sed hominum cultores ac imitatores.* Quibus tam exacte scholasticos depinxit, ac si eorum secula prævidisset, atque sic ex μετεμψυχῶσαι utrosque tam Scholasticos quam Sophistas simul descripsisset. Videri potest integer eius Dialogus qui Sophista

phista inscribitur, ut & Alcimo. de doctr. Platon. c. 34. Neque adeo a Sophistarum nomine Scholastici abhorruere, ut illud etiam inter insignia nominis ac honoris sui ponerent. Sic enim Vives memorat de corrupt art. l. 3. Lutetia fuisse, qui se publice *horribilem Sophistam* ostentaret: dixerim ego asinum leonis pelle tectum, quisquis nugandi impudentia armatus est & a literis totus aversus. Quis ergo nos magni alicujus in literariam Reipublicam criminis accusaret, aut etiam venerandam antiquitatis caniciem diceriis & conviciis aspersisse criminaretur, sicubi sub Scholasticorum nomine omnis divina & humana sapientia corruptores exagitemus? Licuit enim Platoni Sophistarum nomen in invidiam adducere, quod venerandum antiquis & sanctum habebatur, cum plurimi eorum, qui illud sibi arrogarent, sapientiam adulterarent & cauponarentur, sive ut Plato ait, *περὶ μαθημάτων ἀρετῆς πολιτικοὶ* extitissent: quidni & nobis liceret honestum alias Scholasticorum nomen in invidiam atque contemptum adducere, cum qui illud sibi sumpserint, humanitatis studia ignave contemnerent,

sacra

sacra autem studiose contaminarent & mundinarentur? Sed jam olim quoque Scholasticorum nomen invidia laboravit, cum illi, qui eloquentiæ tirocinia posuissent, qualvis ejus colore nugas pingere consuescerent: sic cum barbarici semel se emancipassent eloquentiæ hostes Scholastici, Sophisticen contra amplexi, ea foeditate quidvis coinquinare unice studuerunt. Videbimus Patrum de priscis Scholasticis querelas, & quomodo illæ ad Scholasticos novos pertingant, paucis mutatis subindicabimus. Sic autem de eorum scriptis Salvianus præfat. de gubernat. Dei. *Omnēs in scriptis suis causas tantum egerunt suas, & propriis magis laudibus, quam aliorum utilitatibus consulentes, non id facere admisi sunt, ut salubres ac saluiferi, sed ut SCHOLASTICI ac dialectici (diserti) haberentur. Itaque scripta eorum aut vanitate sunt tumida, aut falsitate infamia, aut verborum foeditatibus sordida, aut rerum obscœnitate vitiosa: ut vere cum ingeniorum tantum laudem aucupantes tam indignis rebus curam impenderent, non tam illustrasse mihi ipsa ingenia quam damnasse videantur. &c.* De iisdem quo-

42 Cap. II. In quibus corruptelarum

que Ambrosius l. 5. expof. in Lucam feft. 26. *Philofophi feu Scholaflici ubertate quaftionum* (verborum) *& quodam ambitiofa dialectica* (facundia) *patrimonio delectati fimplicitatem vera fidei fupergreffu ebefantos inutiles condiderunt.* Nonne tibi videtur juxta ufum feculi difputans dives in verbis, pauper in viribus? Quos autem per Scholaflicos, quos accufamus, intellectos velimus, patebit ex corruptelarum indicio, quod nunc fubjicimus.

CAP. II.

IN QVIBVS CORRVPTELARVM
SCHOLASTICARVM RATIO
CONSISTAT.

*Forma corruptelarum in tribus potiffimum
quaritur.*

- (1.) Notionum novarum abfurditas oftenditur: Rerum ponderi illz detraxerunt. Inutile verborum Studium. Exempla notionum & quomodo definitiones eis obfcure. Aristotelem Scholaflici deferuerunt, non intellexerunt, obfcurarunt. Obiter de Aventino. Autores Scholaflicarum difciplinaram in Scholis przlecti.
- (2.) Nova & vitiofa methodus. Quzrendi, Litigandi. Scholaflici de omnibus dubitarunt. Dubitationum & Difputationum materies. Methodus tractandi proli-

22. Judicium de nimia subtilitate Scholasticorum.

(3.) Rationalis & Revelatae Sapientiae commixtio. In eo gloriati Scholastici. Moralistica Theologia. De

hac piorum omnium seculorum querelae. Erasmi iudicio Pontificia Ecclesia ab Eucharistia nomine tantum differt. Ad Theodotianos hereticos Scholastici referuntur, aut potius ad Gentiles Theologos.

Quam arduum sit in malorum penetrare cognitionem, & veram rationem seu formam illorum invenire, quae a veri rectique tenore aberrant, iudicii nostri imbecillitas optimus est magister. Malorum quidem & omnis generis defectuum vasti ubivis torrentes inundant, quotus quisque autem est, qui ad fontes respicit atque iis obturatis, rivis quoque vitiosis obicem ponit. Idem in Scholis Christianorum evenit, cum

In pejus ruere & retro sublapsa referri
 hominum in divinis studia cecidissent. Ibant quasi laxatis obicibus errorum quorumvis ingentia flumina, nec ullus tot seculis Hercules extitit, qui alveo suo illa reducteret iterum, & secula sordibus purgaret. Scilicet ad monachorum vel Scholasticorum cantus velut ad catadupa. Nisi aures mortalium obstupuerant, & quam-

vis

vis nugarum crepitaculis omnia perstreperent, corruptelas tamen ac dolos vix septem animadvertebant. Et nos quoque in Scholasticorum scriptis versantes, tot errorum monstra passim miramur, quominus autem suis ista formis distinguamus, obstat deformitas & circumfusa undique multitudo. Mihi penitus aliquantum inspicienti triceps hæc errorum lerna visa est, ideoque ad tria hæc capita corruptelas omnes nunc revocavi Notionum & Terminorum novitatem ac absurditatem, tum propullulantem inde vitiosam inutilia docendi & querendi methodum, & denique confusionem Rationalis & Revelata sapientiae.

(1.) Quod ad notionum novarum absurditatem attinet; tam fecundus earum in agro Scholasticorum proventus, quam felix Anticyris Ellebori cultura. Hereditate quippe non contenti earum divisionum, quas a primis philosophis acceperant, novas instituere divisiones, ac nomina a nominibus, res a rebus, a rebus iterum nomina, & illa omnia ab intellectu, & intellectum denique ipsum a se dissecantes, verborum quidem numerum auxere, ipsarum vero

vero rerum ponderi nihil quidquam addere. De stultis quibusdam circumteritur paroemia, quod, cum patriam hereditatem hercisci vellent, atque aliquot auri argentique massas invenissent, divitiarum spe vana se lactatos fuisse conquesti sint, quippe qui tam paucis partibus opes omnes dispertiri possent. Consilia vero augendarum opum captantes, in eam impulsam sententiam, ut nummulis auri argentique pondera mutarent, cumque sic numerando dies noctesque defatigaretur, tum demum se in aucta atque lata parte constitutos existimarunt. Non absimili multum exemplo scholastici cum tot volvere ac revolvere notionum gyros docuissent, ad inutiles miserosque labores sua ac discipulorum ingenia condemnarunt. Consideremus modo circzam illam abstractionum virgam, qua privare ratione homines, mundum natura exuere possunt, & latissimum omnium monstrorum campum oculis nostris expositum habemus. Pullos quondam plumis nadebat Diogenes, & cum dimisisset homines illos Platonicos, cives ridere jubebat, sic quoque qui homines Scholasticos,

aut

46 Cap. II. In quibus corruptelarum

aut abstractas verborum essentias intros-
pexerit, affatim habebit, quod explodat.
Ne in re seria ludamus in innocentes
scholasticos, ponat sibi quis ob oculos my-
steria singularisationum, individuificatio-
num, hæccecitatis scilicet & nunccecitatis,
unde Petreitas est, & illa quoque formalis-
ationum arcana, tum quoque abyssos po-
tentionabilicudinalitatum & aptitudina-
bilitatum, præterea dabilium, meliorabi-
lium & verificabilium materias immensas,
& Cassianum illud ad tantas Sphinges in-
geminabit, Cui bono? Atque his tandem
verborum, notionum, conceptuum, di-
stinctionum restrictionumque cothurnis
effectum, ut ipsæ rerum definitiones labo-
rarent. Exempli loco unicam tantum per-
sonæ definitionem adducam, quam ex
Scholasticis Erasmus proposuit in I. ad
Tim. I. *Persona non dicit relationem originis,
nec communem, sed duplicem negationem commu-
nicabilitatis in genere, non extra genus, significans
aliquid positivum & intentionem primam, non se-
cundam, connotans circum incessionem, qua sit
subsistentis in subsistente realiter distincto mutua
presentialitatis assistentia in eadem essentia.*
Cujus generis infinita alia apud Scotum
subtilem tenebrarum magistrum, id enim
nomen

Scholasticarum ratio consistat. 47

nomen innuit, occurrunt. Graphice hanc corruptelam Cornel. Agrippa depingit de vanitate scientiarum cap. 8. *Invexerunt illi tot invidias & scoticas subtilitates, ut Cleanthis Chrysippique argutia cum Daphira Euthydemii Dionysiodori circumventiunculis penitus crasse rusticanaque futura sint, si cum iis novis Sophistarum nostrorum inventis conferantur, in quibus nunc passim fere omnis Scholasticorum turba cum misero labore ac damnabili studio occupata, nihil magis agere videtur, nisi ut discat errare, ac perpetuis digladiationibus explicandam veritatem obscuriorem reddere, vel amittere, quorum tota disciplina non aliud quidpiam est, quam captio quadam ex depravatis verborum dictionibus subdola quadam cavillatione pervertens usum loquendi, & eum inferens lingua quem ignorat, transvertens verisimilem expositionem.* Ita quam longo intervallo ab Aristotele & priscis Philosophis distent, satis superque patet. Etsi enim Stagiritæ verba oraculorum divinorum loco admirantur, ut infra pluribus dicemus, eundem tamen ita legerunt, ut meliori rejecta parte, ea, qua retinetur id cogatur loqui quod ipsi jubent, stultitias meras, quales non dico Aristoteles, sed nec quispiam illius temporis per furorem cogitavit, L. Vives ait commentar. ad Augustin. de C. D. l. 8. c. 10. Idem ille de corrupt. art. l. 1. Scholasticos ita affatur. *Quid dicite Ari-*

48 Cap. II. In quibus corruptelarum

Aristotelem vos disputando victuros. Ne jurety, ipse ego id pro vobis dejerabo, & quidem persancte: nam quas artes vos modo exsomniaſtis quas nugas, & quidem ex illius, ut putatis, dogmatibus, ipse, si revivisset, non intelligeret, ac ne suos quidem libros, ut vos explicatis. Et Aventinus Annal. German. l. i. p. 217. Cujus latine reddita sic se habent. *Ne verbum quidem ullum Scholastici ex Aristotele percipiunt, quo sensu ab ipso profectum, quin imo recte nominare eum nesciunt, atque totum nec tenuerunt unquam nec legerunt.* Ita sacrum codicem pariter atque Aristotelem non intelligunt, vixque verbum ex utroque recte sciunt, quantoscunque etiam commentarios in libros ejus ediderint. Et post aliqua. *Ex ratione ac phantasia sua argumenta hauservnt, quidquid sibi aut amiculis per quietem visum, literis mandaverunt, atque hoc ipso fidem omnem, artes omnes, atque totam adeo Philosophiam ad usque Grammatica precepta depravarunt, de quo satia superque libri ac scripta eorum testantur.* (Hic autem Aventinus Censor Pontificalis superbix, cum in corruptos cleri mores calamum persape strinxisset, tantam papalis tyrannidis assertoribus bilem movit, ut ubicunque ejus apud optimos autores elogia inveniantur, expurgatorii indicis litura deleverint. Cujus rei indicio est Hispanus Quiroga index (p. 121.) ex Cuspiniano era-

crasura cupiens Aventini illud encomium:
Joannes Aventinus rerum cognitione celebris vir &
diligentissimus scriptor, illustre nomen promeretur.
 (Sed hac obiter.) Labet adhuc audire, quæ
 de corruptis Aristotelis fontibus, & impu-
 ris Scholasticorum autorum rivulis Bullin-
 gerus, de functione Episc. l. II. c. 18. anno-
 tavit, cum in illa tempora incidisset, qui-
 bus adhuc Scholastici ad clavum Reipubl.
 literariæ sedebant: sic autem de Schola-
 rum sui ævi disciplina: *Prælegitur Petrus Hi-*
spanus infelix & jejunus Dialecticæ magister.
Prælegitur Porphyrii Isagoge elegans quidem sed
male reddita & exposita. Prælegitur denique Ari-
stotelis organon nobilissimum in hac re artificis: sed
si rediret Aristoteles, non agnosceret illam, qua
utuntur versionem tam affabre exornatam hujus-
modi Roscalis, &c. &c. Utuntur interpretibus sive
expositoribus putidissimis Tartareo Bricote, Scoto
& copulatis quibusdam terque quaterque ineptissi-
mis: His fraudamur, frustramur & seducuntur
optima ingenia. Nam nullus vel ex præceptoribus,
vel ex discipulis genuinam optimi auctoris mentem
ex talibus assequitur commentatoribus. Et quod
majori cum detrimento studiorum coniunctum est,
novator protinus dicitur, qui quis studia juvare
& sinceriores Aristotelis expositores, Themistium,
Alexandrum, Boetium, Argyropitum, Stapulen-
sem ac hujus ordinis alios servatiles viros præferre in-
D
medium

medium capit. Atque hæc in eorum gratiam adducere volumus, qui per Scholasticorum latus Aristotelem peti existimant. Plura infra occurrent, cum de Acabum Philosophia dicemus, quæ Scholasticæ magistra extitit.

(2.) Simulac vero hanc notionum & terminorum Sophisticorum sementem fecerant Scholastici, tot inutilium distinctionum lappæ tribulique caput extollere cœperunt, quin & dominari in agro Philosophico tot horridarum quæstionum *infelix lolium* ceu Poëta loquitur, & *steriles avena*, ut ipsa fertilior rerum seges in herba statim suffocaretur. Hic enim nihil dici, quod non iterum dici & sub notionum leges revocari posset, ut omnis tandem Scholasticorum labor in notionum verificatione occuparetur. Quot autem inde sententiarum divortia, rixæ & inanes *λογαμαχίας* extitere, cum hæc notiones distinctionesque ceu Cadmæi fratres inter se committerentur, & tantum in discordia Scholasticorum natio concordaret! Quod si quam de re aliqua commentationem instituerent, non contenti primum ipsa vocabula ex Catholico fonte Modista sive Mammetre-

metrecto aut ex barbaro usu suo examinare, sed insuper ad ipsam, de qua dicturi erant, materiam, trepidabant anxie, an illa etiam res esset, cujus nomen jam ante ex quotidiano usu delibassent. Sic de Deo dicturi, num Deus esset rationibus experiebantur, de fide, num qua fides, de Philosophia, in qua ipsi tot annos desudarant, an existeret, primum disquirebant; cum satius ipsis fuisset quærere, an de talibus secum dubitantes ratione etiam humana præditi essent. Ipsos quoque sensus in discrimen syllogismorum pugnis vocabant, ut qui ratione primum homines exuerant nunc quoque sensibus nudatos infra pedes abjicerent. Sic Scepticorum infanias incrustantes, de nive dubitabant, an alberet, igne num ureret, nilque prius astruebant, quam destruxissent, nil probabant ante, quam operosissime idem negassent. Quales Galenus non confutationibus sed cachinnis ulciscendos, Aristoteles flagris coercendos suadebat, ut, quod præfracte negarent, experirentur, errorumque professionem dolore luerent. I. Top. II. t. 9. Ipsam litigandi methodum scite Vives descripsit de corrupt. art. l. 3. *Quia in qualibet*

52 Cap. II. In quibus corruptelarum

matéria Scholasticis statim altercandum, quæstia sunt spinosa quadam apta disputationibus, quæ materiam suppeditarent rixis, & diutissime proferrent altercationem etiam in tradendis præceptis artis: nihil semel dicunt, ne adimant sibi argumentandi & in contrarium dicendi occasionem. Sed si quam definitionem aut formulam tradunt, primum confuse & ruditer proponunt, postea paulatim, velut cogentibus ad id argumentatiunculis expoliant, & crebris rificimibus fulciunt, ut denique per longissimos verborum circumactus sit perfecta: & queruntur postea de prolixitate eorum, qui excultius scribunt; quum ipsi dum undique ansas argumentorum venantur, id multis paginis vix explicant, quod exponi paucissimis verbis potuisset. Jam vero ne deesset velut bello huius commentatus, de omnibus, anxie inquisierunt etiam reconditis, & puerilibus, & absurdis, & de iis quæ sapere humana mens non potest, cum tamen Aristotelis sit in primo Topicorum sententia, neminem sana mentis propositurum, quod ab omnibus vel reprobatum sit vel comprobatum, vel etiam plurimis: hæc enim dubitationem nullam habent: Nam quæstio dialectica est quæstio probabilis, non paradoxa: nec contenti iis, quæ natura ingenii humani assequi & definire poterat, ad vivum voluerunt omnia refecare adducti dulcedine disputandi. Et quemadmodum qui pruritus irritatione acti, numium scabentes sanguinem eliciunt, & dolor succedit in locum suavitatis: & mali Chirurghi, dum morbi-

dum

dum nimis reserant, sanum quoque attingunt: ita isti dum nimium scalpunt veritatem amittunt, & in falsum incidunt, quod profert se majore aliqua verisimilitudine, quam verum ipsum: ut interdum orichalcum magis exprimit colorem auri, quam aurum ipsum, & qui simulat, quam qui agit simpliciter, propius ad imaginem veri accedit, etsi longius à vero ipso. Hinc est acutus ille Mimi versiculus nimium altercando veritas amittitur.

Quam verè autem hæc Vives differuerit, ex ipsa Scholasticorum methodo satis superque elucet. Ibi enim tot ineptissimæ quæstiones, quæstionum declarationes, tum objectiones, objectionum confirmationes: hinc Responsionum puncta prima, secunda, tertia, distinctiones punctorum, tum dictiones, dictionum declarationes, declarationum probationes, probationum improbationes, improbationum rationes, rationum solutiones, & iterum declarationum, exceptionum, distinctionum plaustra occurrunt, ut animus in iis velut in profunda caliginis abyssu oberret, & quando exinde aliquo voluptatis fructu satiari desiderat, nil nisi nebulas palpet & ludibria, ὄρα ἐν ὀμίχρῳ φαινομένη. Hæc tam egregia Scholasticorum methodus est, qua non ad solum veritatis Regna sapientia contendit, sed in

Phyrgum fines exivit. Hæc illa Scholasticorum subtilitas, tot monstrorum foetura turgens, quot idolis Deorum credita mater Berecynthia. Hoc distinctionis artificium, confusarum opinionum labyrinthum tot arguendi viis componens. Ut enim distinguant, confundunt prius, atque ita confundunt, ut cum *coquus jura confundit trua* ceu Comicus ait. Ut unicum duntaxat dictionum scientificarum specimen habeamus. Placet hoc loco adducere de Theologiæ habitu quæstionem, de qua montes apud ipsos parturiunt, & cum mille dubietatibus in hac quæstione angretur Fr. de Neapoli q. 19. p. 159. inter Thomistas non incelebris, hanc tandem parturit distinctionem, quod habitus alius sit Theoreticus, alius practicus, tertius autem affectivus, & videri sibi ad ultimum referendam esse Theologiam. Dicitur enim Deuteronom. 4. *Illâ doctrina est vera sapientia, sapientia autem ut Doctores dicunt, dicitur magis à sapore quàm à sapere, & sic sapientia est quasi sapida scientia. Sapor autem est magis affectio quàm specificatio aut operatio.* Quis non credat insulso huic, quando ita Theologiam degustavit. Sexcenta hujusmodi in scriptis Scholasticorum

rum obvia sunt, nec latere quem possunt, qui vel unum ex scriptoribus istis evolve-
rit. Adeoque terminis ac regulis suis lo-
gicalibus ac metaphysicalibus non aliter
luserunt Scholastici ac crepundiis pueri, &
quandoq; pugnarunt, ut illi qui *fortunatis*
gladiis experiuntur nec læduntur invicem,
quo simili Erasmus in eos utitur, ut osten-
dat, nil tam subtiliter dici ab illis unquam,
quod non alius statim, modo parum ab
ingenio valeat, evertere iterum possit. Ita-
que subtilia multa & forsitan etiam acuta in
scriptis eorum miramur, sed nihil solidi &
ponderosæ veritatis. Quomodo agyrta-
rum & mimorum saltus agiles quidem &
stupendos agnoscimus, studia vero & cœ-
tus triobolarium istorum merito aversa-
mur. Subtilissimæ enim Scholasticorum
commentationes difficilissimæ, hæc vero in-
utilissimæ: & ingeniosissima quæque, si
ab usu hominum remota sint, Solomone
iudice *vanitas sunt & afflictio Spiritus*,
in quibus qui operam & laborem consum-
pserint, parum commodi conferent ad or-
nandam hominum societatem, quin &
animum suum tenui cognitionis radio illu-
strabunt. Interim vero has Scholastico-

56 Cap. II. In quibus corruptelarum

rum artes & tam probam distinguendi
methodum plurimi mirantur, *ut pueri Ju-*
nonis avem, & quia capere alii nequeunt
tam insana verborum portenta, in re ar-
dua se versari existimant, dum nescientes
illis velut larvis perterreant; sibi vero non
aliter placent ac pueri, dum bullas in aera
dispergunt mox perituras. At patiemur
illos suo abundare sensu & saniorum judi-
cio contenti, ipsam quidem scholastico-
rum diligentiam, quam sua docendi pro-
lixitate sat testatam fecere, debita laude
maestabimus, excusabimus quoque subtiles
inanitates defectu graviorum disciplina-
rum, sed ab ipsis argutiis & nugandi imita-
tione velut a labyrintho fugiemus. Clau-
demus itaque hanc scenam Verulamii ver-
bis, qui omnem Scholasticorum opo-
rum texturam nervosissime docet *Er-*
bro de augmentis scientiar. lib. 1. pag. 16.
Quomacmodum complura corpora naturalia, dum
valent integra, corrumpuntur sapius & abeunt in
vermes, eodem modo sana & solida rerum cogni-
tio saepe numero putrescit, & solvitur in subtiles,
vanas, insalubres, & (sicut loqui licet) vera
miculatas quaestiones; quae motu quondam & viva
acritate nonnulla praedita videntur, sed putilla sunt
& nullius usus. Hoc genus doctrinae minus sanae
& sa-

Scholasticarum ratio consistat. 57

Et seipsam corrumpentis invaluit apud multos, precipue ex Scholasticis, qui summo otio abundantes, atque ingenio acres, lectione autem impares, (quippe quorum mentes conclusa essent in paucorum auctorum precipue Aristotelis dictatoris sub scriptis, non minus quam corpora ipsorum in cenobiorum cellis) historiam vero & naturam & temporis maxima ex parte ignorantes, ex non magna materia stamine, sed maxima Spiritus quasi radii, agitatione, operosissimas telas, qua in libris eorum extant, confecerunt. Etenim mens humana, si agat in materiam, naturam rerum & opera Dei contemplando, pro modo materia operatur, atque ab eadem determinatur; si ipsa in se vertatur, (tanquam aranea textens telam) tum demum interminata est, & parit certe telas quasdam doctrinae, tenuitate filii operisque admirabiles, sed quoad usum frivolas & inanes.

(3.) Non suffecerat scholasticis novas protrulisse notionum larvas, atque iisdem insulas suas nugas non sine magna animorum contentione pinxisse, nisi iisdem quoque sacrosanctam Theologiae faciem involvissent, & penitus tandem mortalium ex oculis eripuissent. Unde optime in eos Ambrosii illud quadrat ser. 12. in Psal. 118. ubi ad infelicitatem horum sculorum velut digito intendit. Reliquum apostolum, sequatur Aristotelem;

58 Cap. II. In quibus corruptelarum

*Reliquerunt sapientiam, qua apud Deum est, relexerunt disputationum tendiculas & aucupia verborum secundum Dialecticæ disciplinam: Ne quis autem injuriam eis fieri existimet, ipsorum confessiones, ac sociennorum testimonia producemus. Quam sibi subtilis ille (sic enim hominem appellant) Scotus placet, & plus ac Peleus in machæra, quod Philosophiam cum Theologia miscuerit, insigni etiam cum fructu uti gloriatur: 3. sentent. dist. 24. quæst. 1. Et quantus jam ante ipsum sibi visus Hercules Albertus ille MAGNUS, quod eam libris emissis hederam suspendere posset, quod simul cum Philosophia Theologiam elucidarent. Hinc factum deinde, ut cum angustum nimis Theologiæ vocabulum, videretur, qua opera sua commendarent Moralistas se dicerent, atque pia hac moralisatione, i. e. sophistica Theologiæ depravatione præ vulgo sese éfferrent. Habemus confitentes reos, nec verborum testimoniis opus est, & præterea scripta ipsa loquuntur. Idcirco jam notas sapientiorum & veteris tum quoque nostri ævi iudicia, de hac sapientia mixtione s. *divinationis* & *Babylonis* ædificatoribus colum terra miscen-*

miscentibus audiemus. Anselmus Cantuar. episcopus qui ante Lombardum floruit, jam suo ævo (sec. videlicet XI. initiis) hæc philosophicæ sive sophisticæ verius & scholasticæ Theologiæ semina fletu rigavit, quando de Incarnat. verbi c. 3. inquit: *Dialectici moderni nihil esse credunt, nisi quod imaginationibus comprehendere possunt.* Ita autem posteriores Anselmo de hac mixtionis Theologicæ gloria profanis suis studiis contenderunt, ut positam in medio palmam majoribus dubiis fecerit posteritas. Quanquam enim Scotus, ut superius audivimus, sibi eam deposcit gloriam, quod primus Theologiam philosophia miscuerit, ad Abelardum tamen refert Trith. in Abelard. *quod sub eo philosophia secularis sacram Theologiam sua inutili curiositate cœdare cœpit.* Plures ad Lombardum, de quo Aventinus annal. Boj. l. 6. cod. lat. p. 638. *Petrus Longobardus Lutetia Parisiorum Pontifex, Theologumenon quatuor libros scripsit, sed sacrosanctæ Philosophiæ veritatem fontemque purissimum, sicuti plus millies à Jacobo Fabro, Jo: do: Clichtoveo preceptoribus meis accepi atque audiui, cœno questionum; rituales opi-*

tionum

60 Cap. II. In quibus corruptelarum

*nionum conturbant. Id quod est usus re-
rum magis (nisi caci sumus) satis superque
docet. Dignum certe memoratu est, quod
de censura horum temporum ab ipso Pon-
tifice profectum Matthæus Paris. ad an-
num Christi M. CCXXIV. recenset. No-
tasse scilicet præfulem Romanum seculi
mores isthoc dicitur: Vere de Philosophia
nunc dici potest.*

*Prostat est in pretio pro meretrice sedere
Sed sunt hæc crocodili lacrimæ ut & Gratia-
ni can. Vino dist. 37. Hierony. in Esaiam.
Vino inebriantur, qui sacras scripturas ma-
le intelligunt atque pervertunt; sicera, qui
aluntur seculari sapientia & dialectico-
rum tendiculis. Quod si nunc omnes isto-
rum tabulas numerare institueremus, qui
nigrum theta hisce veræ sapientiæ sicariis
fixerunt, arenas certe metiri cogeremur.
Seligemus quorundam calculos, de reli-
quis infra memoraturi, ubi cap. VII. sen-
tentiam tandem feremus. Onus eccles.
c. 22. ubi de perversione religiosorum &
capitularium agitur, f. 22. Ubertini hanc
laudat sententiam. Mendicantes perverse
designantur per locustas de puteo abyssi ex-
euntes, quia ipsi sunt scurriles, leues, vola-
tiles,*

Scholasticarum ratio consistat. 61

tiles, carnales, rodentes sacras literas virides, paganica Philosophia sequaces, quasi equi currentes, sic illi in vanam disputationem. Simon de Cassia qui secul. XIV. floruit vir revera religione & doctrina clarissimus, & spiritu prophetia insignis, sic Langius ipsum vocat Chron. Citiz. p. 836. iterum atque iterum querelas ingeminat de corrupta per Philosophiæ admixtionem vera Theologia ad illud Psalm. 89. In columna nubis loquebatur ad eos. Nubes fuerunt Apostoli ac Evangelista, quia altitudinem scientiæ habuerunt & doctrina; sed multi hæretici conati sunt superascendere. Multi sapientes naturales fuerunt, se istis superiores existimantes. Multi etiam doctores appellati catholici fuerunt, nescio si in animo existerunt, novitate loquendi mistendo cum supernaturali Theologia naturalem, cum scriptura divina philosophicam, historicam, & poeticam, sibi ipsis supervolitare sunt visi; & quod est certum, in dubium revocantes per utrum: & quod est clarum & lucidum, in turbidum & obscurum redigentes per Utrum. & post alia. In tantum exorbitaverunt naturales hominum mentes, ut super altitudinem nubium se extollant; dicentes atque credentes, quod Theologica non possunt apprehendi, nisi cæco Aristotele duce, & viam præbente orbato Platone, atque cæteris præcuntibus philosophis; veris privati luminibus, solum inni-

62 Cap. II. In quibus corruptelarum

rentes baculis scientia naturalis; quasi velint afferere, quod in docendo supervolitet scientia naturalis, de quibus scriptura dicit vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei, plura ejus in Lang. l. f. c. Eadem pene ætate Johannes Gochius presbyter Mechlinensis sat acrem se veritatis vindicem & quidem contra Scholasticos gessit Flac. Catal. Test. Verit. pag. 887. memorat asseruisse ipsum: *Scripta Thoma, Alberti atque aliorum Sophistarum ex turbidis Philosophorum fontibus fluentia magis obscurare quam illustrare veritatem, pugnare cum canonica veritate, pugnare quoque inter se, Pelagianam heresim sapere. Sui vero aui scriptorum & presertim mendicantium scripta, canere omni solido fundamento, non illustrare intellectum, sed nudam simplicemque veritatem obscurare vanitatisque magis deservire quam veritati, & similia plura. Exagitat eodem Gailez à Keiserb. libro quem naviculam stultorum inscripsit. Et quidem turba XI. Nihil inquit sapit eis, quicquid est necessarium simplex de intelligentia articulorum fidei, cognitione preceptorum Dei, ceremoniarum ecclesiasticarum significatione. Hac omnia sunt eis deliramenta, cum sint fidei & virtutum fundamenta in via ad regna cælorum. Non attendentes, quod dicit dominus per sapientem. Ea qua precepit tibi Deus cogita semper. in pluribus ejus operibus noli esse curiosus. Habent*

nolam

Scholasticarum ratio consistat. 63

nolam hanc devotarie nihil audire volentes nisi aliquid subtilis : eheu etiam qui videntur sapientes & docti, hanc quatiunt nolam sectantur enim curiosa. Taceo Philosophos, Astronomos &c. Quin etiam Theologi de numero horum sunt, qui argumentorum subtilitatibus glossis super glossis ita subtiliant : qui evagantes a principali materia, sacre scripturae sententiis & litera, tandem quo digressi fuerint prorsus ignorant, quo sit, ut similes sint pueris relinquentibus stratam regiam currentibusque per prata perque flores colligendos, aut captandos papiliones, sicque passim per eosdem trahuntur, seducunturque, quousque nesciant ad regiam redire stratam. Perniciosa est hac fatu-
tas ait Gerson in floribus. Omnis doctrina omne studium de vana aut noxia curiositate culpatur. Et Paulo post hoc epiphonemate discursum eum finit : Percussit Deus Egyptum cum his argumentorum & minutiarum muscis plaga magna nimis : misereatur nostri Deus. Eandem Theologiae labem a philosopha-
trishisce aspersam ob oculos nobis ponit Corn. Agripp. de vanit. scient. c. 8. Quos fructus nobis in Ecclesia Christi peperit pariatque Dialectica cum suis Sophistis spectemus, qui non assentientes divinae traditioni, illam compositis & ex fallacibus sensibus deductis rationibus confundunt, quibus dum nimium credunt, recedente luce veritatis succrescunt tenebrae, quibus obvolati & excecati factique magistri & duces caecorum, mult-

64 Cap. II. In quibus corruptelarum

ros secum iis falsis argumentationibus ac apparentibus rationibus trahunt in foveam, superque ignorantia profundam, errorumque pelagus inmantantes, serpentum more lubricis fraudulentia & seductionis verbis subvolantes imperitiores seducunt ad credendum figmentis suis, & extollentes ea persuadere audent sacratissimam Theologiam, sine sine Logica sine Dialectica, sine rixa sine altercatione, sophismatibus constare non posse. Accedat huic & Aventinus Annal. Germ. ab autor. locupletat. l. i. p. 217. Latine reddita ejus ita sonant: Tercentum ferme exierunt anni, ex quo mendicantium cætus, atque academia Aristotelem primum extulerunt, plus illi, ac sacra aque Deo inspirata scriptura tribuerunt. Eidemque (Aristoteli scil.) claves verbi divini commiserunt, statuentes, neminem Theologum ac sacra scriptura Doctorem esse posse. qui non Aristotelicus idem sit atque Ethnicus. Quod si hoc vere ita sese habet, illorum nemo verus est Theologus, siquidem ne verbum quidem recte ex Aristotele percipiunt. Infinitæ supersunt querelæ eorum, qui ad primam effulgentem auroram humanioris literaturæ, tantas veræ Theologiæ nebulas offusas à tenebrionibus hisce scholasticis doluerunt. Monachum ex his unum adducam, P. Langium qui Chron. Citizens. p. 305. autor est. *Joban. Rupellani ordinis Ministorum virum vita & doctrina prae-*

clarum A. M. CCLIV. primum super IV. libros sententiarum axiomatose ac utrumnose (sophistice per syllogifmas) scripsisse. Quem multi deinceps sui ordinis & aliorum sacre Theologiae professores imitati libros & commentaria à se edita Aristotelicis argutis, & questiunculis dialecticis, opinionibus ambiguis, technis denique fallacibus oppleverunt, primumque id est philosophicum docendi & predicandi modum scholis Christi introduxerunt. & p. 831. 832. occasione Scoti prolixè patrum sententiis contra eosdem declamat p. 833. Ockamus, inquit, Scholasticè certaminis aganotbeta excellentissimus, agmen peregrini exercitus, id est philosophicum contra hostes Israel pugnans, in scripturarum campum adducit, sacrisque Theologorum copiis associat, sacra prophanis, divinis humana, domesticis exotica, orthodoxis etnica, cæca præsumptione commiscens & copulans, & adeo usque quidem, ut auxiliares domesticas pene excedant superentque copias, multo plures videlicet Philosophorum, quam divina pagine in suis Syntagmatibus auctoritates producendo: quasi arma lucis, utpote scutum fidei galea salutis & gladius Sancti Spiritus nec non

66 Cap. II. In quibus corruptelarum

utriusque instrumenti aurea testimonia ad resistendum Diabolo & satellitibus ejus hereticis minime sufficerent. Virum fauste & prudenter id fecerit, ipse viderit. Concordia equidem militum, non dissidio belli obtinetur victoria. Quae autem concordia sit Judei & Christiani, pagani & Catholici, Sophistica & Theologia, non video. Hoc unum scio, quod sancti patres & classici illi Ecclesiae doctores adversus haereticos pugnantes non philosophia, sed divina auctoritatis armis certant & testimoniis. Quid autem de Erasmo dicemus, qui totidem pene libris, quot alibi paginis in hanc philosophicam Theologiae mixturam, & Sophisticam philosophiae depravationem invehitur. Dignus certe liber ille & lectu perutilis, quem de ratione sive Methodo compendio perveniendi ad veram Theologiam conscripsit, quo toto & in calce potissimum, has vomicas & carcinomata verae sapientiae reprehendit. Unum tantum ex eo annoto, ne plura, cumulus facit & dubius argumentorum apparatus. f. 16. Vehementer absurdum inquit videtur, cum rem tractes ab omni sapientia mundana longe diversissimam, nihil crepare nisi Py-
tha-

Magorano, Platonem, Aristotelem, Averroem
Et hinc profaniores autores; ad horum verba
velut ad onacula obstupescere. Annon istud
est Christi caelestem philosophiam non condi-
re, sed profusus aliam reddere. Taxatur
Cbrysippus quod totas tragœdias in ejus
commentariis, quas de Logicis conscripsit,
reperire licuerit. Quo justius nos taxave-
rit aliquis, si videat plus quam totum Ari-
stotelem in Theologorum commentariis in-
veniri. Quod si quis clamabit absque ex-
recta horum cognitione non esse Theologum.
Etc. Idem in alio quodam opusculo quod
inscripsit Paraclesin seu adhortationem ad
sanctissimum ac saluberrimum Christiana
Philosophie studium ut videlicet Evangelii-
cæ ac Apostolicis literis legendis, si non sola
saltem prima cura tribuatur, p. 12. non
dubitat in eundem Scholasticos hosce Phi-
losophos & Theologos, pariter & gentiles
ensum referre. Hec inquit plebeja, quam
Christus Et Apostoli inculcarunt, si presta-
rent pro sua sorte Principes, si pueris in-
stillarent ludimagistri potius quam eruditi
illa ex Aristotelis Et Averrois deprompta
fontibus, non sic perpetuis pene bellis tumu-
baretur undique res Christiana, non tam

*insano studio per fas nefasque congerendi
 divitias ferverent omnia, non tot litibus
 ubique perstreperent sacra pariter. & pra-
 fana. Denique non titulo tantum & cere-
 moniis differremus ab iis, qui Christi phi-
 losophiam non profitentur. Vid. plura seqq.
 Proh summam illorum temporum impie-
 tatem, quibus Christiani ab Ethnicis re ipsa
 haud differebant: Jucundus praeterea lectu
 elegantissimus ille Erasmi liber, quem An-
 tibarbar: inscripsit & senex perfecit, quo
 egregie ipsum videmus mordaci radere
 vero auriculas Scholasticorum; quo cum
 conjungi Moriae encomium potest, cujus
 in fine Scholasticos sibi sumit exagitandos.
 Exiit illud cum Gerardi Listrii notis, Era-
 smo in omnibus consentientis, adjunctis
 insuper literis ad Dorpium Theologum ab
 Erasmo datis, ubi seriis naniis Theologiae
 itemque & Philosophiae fata plangit. Clau-
 dam hoc agmen Cornelii Mussi testimo-
 nio in Epistol. ad Romanos c. 6. *Divinae
 scriptura olim pro dolor! quanto omnium
 damno negligebantur. Vigebat spinosa &
 molesta nescio quae Theologia, de instanti-
 bus, relationibus, de quidditatibus, de for-
 malitatibus, itemque hac omnia syllogistica**

arte contortis, & humanis duntaxat argu-
 tis, qua procul dubio, qua auctoritate
 recipiuntur, ea & refelli possunt, pertra-
 ctantur. Atque hinc perspicitur, quo-
 modo omnium recte sentientium iudicio
 summo cum dispendio veritatis sacra my-
 steria profanis hęc Scholasticorum no-
 vitatibus commixta sint. Unde de Phi-
 losophia juxta ac Theologia ipsorum Her-
 culis illud dictum usurpari possit, qui
 cum vidisset in templo Adonidis statuam.
 Nil sacri es exclamavit, simulque procul-
 cavit: Quę cum ita sint & nos absurda
 Philosophię idola ex sacris divinatorum ora-
 culorum adytis projicimus merito atque
 relegamus; quinimo totam hanc Scho-
 lasticorum catervam pestifera hęceseos
 ream agere non veremur; quippe sacras
 literas tam profano atque impio usu te-
 merare studeant. Cum enim Theo-
 dotianis olim hęceseos notam primitiva
 Ecclesia inusserit, qui Eusebio recensen-
 te l. 5. Hist. Eccles. c. ult. *Sacras Scri-
 pturas audacter depravarunt, veteris fi-
 dei canonem abragarunt, Christum igno-
 rarunt, neque quid sacra & divina literę
 de illo dicant, conquisiverunt, sed quamam*

70 Cap. II. In quibus corruptelarum &c.

Syllogismi figura ad suam impietatem confirmandam reperiretur, studiose indagaverunt. Quod si quisquam illis forte aliquid divini eloquii testimonium proferat, quaerunt, utrum conjunctam aut disjunctam syllogismi figuram possit efficere. Quo magis simplici fidelium Christianorum coetu se ipsos exemerunt, qui criminum modo recensitorum omnium rei tenentur ipsorum etiam πᾶσιθεν testimonio, & Antichristianismum uti mox patebit, pari inscitia atque rabie propagarunt. Quod si huic haereticorum classi accenseri nolint, ad infideles & atheos relegabimus de quibus Prud. ἀποδέωσ. repr. Inf.

Statum laceffunt Omnipotentis DEI

Calumniosis litibus,

Fidem miraculis dissecant ambagibus,

Ut quisque lingua nequior

Solvunt, ligantque questionum vincula

Per syllogismos plectiles,

Et captiosis Sycophantarum Strophis!

Et verispelli astutia!

CAP. III.

CAP. III.

VNDE ORTVM TRAXERINT COR-
RVPTELÆ SCHOLASTICORVM.

*Considerantur ut causa. I. Anti Christus Dictator
Scholasticorum. II. Discipuli & Ministri Monachi.
III. Arabes Magistri.*

(1.) Dominatum in Eccle-
sia stabilit Pontifex, con-
firmando cultum ima-
ginum. Occidens Ido-
latriæ post Synodum
Moguntinam consen-
sit. Jus Romæ emen-
tita Constantini dona-
tione quæsiuit Pontifex.
Confectæ simul Decre-
tales. Hildebrandus
novi juris Vindex, &
Dictator. Manifesta-
tus Anti Christus. Se-
cula nequissimorum
Pontificum. Legum
Pontificalium & Ponti-
ficiæ autoritatis Præco-
nes. Papa DEUS con-
stitutus. Querelæ an-
tiquorum de Jure Pon-
tificio. Scholasticorum
doctrina legibus fictitiis
& fraudibus consona.
Ab Anti Christo, nomi-
natim vero Hildebran-
do corruptam divina-

rum humanarumque
rerum scientiam Con-
fessionibus & testimo-
niis antiquitatis doce-
tur. Scholastici non
ausi contradicere Pon-
tificibus, metu Legis, &
anathematis, tum quo-
que Juramento adacti.
Iniquitas hujus rei ex
Gersono ostenditur.
Præmiis etiam illecti ad
consensum Scholastici.
Hinc immanes adula-
tiones.

(2.) De Monachis Do-
ctoribus, Anti Christi
Ministris querelæ pio-
rum. Monachi Schola-
stici ex corruptelis sa-
crarum literarum qua-
stum ocepere. Stū-
diose barbari literas
damnarunt, voluptuo-
si neglexerunt. Thra-
sonice & Tyrannice
prædicarunt. Inqui-
tatio

72. Cap. III. Unde ortum traxerint

fitio in eos facta, quia nugis Scholasticis diffiderent. Episcoporum negligentia, ignorantia & malities.

(3.) Quomodo ad Arabes literarum professio devenit. Judicium de eorum Philosophia, deque Averrøe & Avicenna. Solus Aristoteles perperam versus apud eos in honore, reliqui Philosophi neglecti.

Studium verborum apud eosdem. Ex quo Secta Loquentiam sive Rationalium Philosophorum denominata fuit. Hi Terminos & Regulas certas constituerunt. Ex illarum consequentiis disputarunt. Et quidem in utramque partem. Discipulos horum Scholasticos fuisse, fide historicorum docetur.

(1.)

PROGREDIOR nunc ad fundi hujus calamitatem exquirendam, & rimandas corruptelarum scholasticarum causas, eheu! ad tempora lacrymis potius quam atramento signanda, ubi Draconem Ecclesiæ adversarium, Bestiam Martyrum sanguine ebriam, Anti Christum, & omne mysterium iniquitatis cogor denudare. Salva Scripturæ autoritate, ac incorrupta ejus doctrina, munitiorem cernebat Ecclesiam Satanas, quam ut eam expugnare posset: admotis per Sophistas cuniculis, cum jam muros ejus subvertisset, perversam hanc Scholasticorum Philosophiam, velut equum Trojanum introduxit, ex quo prodire

diere illi, qui persecutionum ac errorum
 telis ac flammis foede omnia miscentes,
 Trojæ talem ἄλωσιν, Ecclesiæ scilicet ever-
 sionem, sic fatis oculis nostris ostenderunt.
 Rem paulo altius ab origine repetam, quo-
 que progenitorum atque obstetricum nisu
 hic monstrosus doctrinæ Scholasticæ fec-
 tus in lucem editus sit, paucis persequar.
 Seculum inceperat septimum, quo ambi-
 tionis cæstro percitus Bonifacius, concupi-
 tum diu in Ecclesia dominatum, Phocæ
 Regicidæ gratulatus, adulatione prome-
 ruerat, inque Successores ringentibus licet
 Græcis, veluthæreditarium transmiserat.
 Hæredum libidinem cum iste fastus exfa-
 tiare nondum posset, nec sacra contenti
 sub pedibus calcare, sed jam quoque ipsos
 Reges sibi subjicere arderent, commodum
 accidere Græcorum de colendis imagini-
 bus altercationes. Abolaverant siquidem
 Synodo Constantinopoli habita (Anno
 754.) Græci circiter CCCXL. Patres
 omnem imaginum cultum, a quibus de-
 versum sentientes mox Niceæ convenere.
 (an. 787.) inque sua illa *λειτουργία* sic dicta
 Synodo prioribus damnatam idololatriam
 invexere. Quantis novo hoc dogma-

te ventilato diffensionibus laboraverit, Oriens, nihil nunc ad nos; id tantum scire attinebit, inter Græcorum Imperatores claruisse non paucos, qui novam illam Idololatriam modis omnibus Ecclesiæ pomœriis eliminare studuerunt. Inter quos cum Leo Isaurus Iconomachi ex zelo nomen nactus, Monachorum insidiis eam ob causam appetere-
 tur, invenit quoque hostem Gregorium Junio-
 rem Pontificem, qui non aliam ob causam orthodoxiam, & reliquorum Occidentalium Episcoporum sententiam deserebat, quam ut hærescos obtentu Italiæ ditione privare Græcos, & sibi Romam, in qua AntiChristus Apoc. c. 17. v. 18. larem figere debebat, subjicere aliquo prætextu juris posset. Atque sic totam cum Roma Italiam a Græcorum Imperio recessisse memorat Theoph. hist. Miscell. l. 21. Sigebert, ad an. 728. Abbas Urspergensis ad an. 718. Cum ut Marsil. Patav. de Transl. Imper. solenniter Græcis vectigalia (nescio qua autoritate, sed bene qua temeritate) interdixisset, & Romæ congregata Synodo venerationem imaginum confirmasset, & violatores hujusmodi anathemate condemnasset

see

ſet. Majoris nunc virtutis erat tueri ea, quæ parta per ſummum ſcelus erant. Oblabant duo, præter metum ſcilicet Cæſarum in Imperio Occidentali ſuccedentium; contraria quoque ſententia omnium Germaniæ, Galliæ & Britanniæ Epiſcoporum, quippe qui venerationem imaginum tanto cum zelo, Francofurtenſi in Synodo, ſub auſpicijs Caroli, improbarant. Quæ ſententia etſi magno applauſu ubique vigebat, ut non ad adorationem proſtarent, ſed virtutum in ſanctis monumenta eſſent ſtatua; atque imagines Sanctorum, id quod etiam fatetur Margar. de la Big. l. IV. Bibl. Patr. Part. 1. p. 533. contraque Iconoclaſtas Reformatos Forbeſius a Corſe Anglicanus Calvini partium Theologus Inſtr. Theol. l. 7. c. 12. Attamen (verba ſunt Hincm. Rhemenſ. c. 20. p. 563. & 564. apud Goldaſtum Imper. decret. de cultu imag. p. 52.) non obſtante autoritate Synodali Francofurtenſi Hadrianus & alii Pontifices in ſua opinione perſeverarunt, & mortuo Carolo ſuarum pupparum cultum vehementius promoderunt, adeo ut Ludovicus Caroli filius libro longo acciari infectatus ſit imaginum cultum, quam Ca-

rolus. Adeo tenax errorum tunc Pontifex erat, nec quiescebat ante, quam in sententiam suam totum mox Occidentem compulisset. Etsi enim Episcopi suam Synodo Parisiensi sub Ludovico tuebantur sententiam, & Francofurtensium & Caroli acta probabant, id tamen unice tunc egisse visi sunt, ut laudibus isto in conventu oneratum Rom. Pontificem tandem aliqua ratione emollirent. Quod ut obtinerent, de sententia veterum (l. 2. c. 28. Oper. Capitul. ubi *σαυρολατρεία* quoque interdicitur) non nihil remittentes, in cruce adoranda & Nicenæ Synodo & Papæ consenserunt c. 12. Synod. Nunc quoque videbimus, qua fraude jus novæ suæ possessioni quæsierit, seque ipsum supra Imperatores & Magistratus omnes in summo dignitatis fastigio Pontifex collocarit. Metus erat, ne repeterentur Romæ jura à Francis, quorum partibus sese Apostata associarat, quique jam legitimos Romani Imperii Augustos sese gerebant, idcirco ad notas ævo isto fraudes animum convertit, & subornatus quidam ex Hispania Diaconus, cognomento Digitorum, qui aureis literis scriptam vulgavit donationem occi-

cidentalis Imperii, a Constantino Magno Pontifici factam, de qua multa huc congerere supersedeo, cum ipse eam Baronius, licet invitus, ante velitationem dimittat, quippe ex ipsis Biblioth. Vaticanæ monumentis falsitatis convictam, de quo videri Bodinus potest l. 1. de Rep. c. 9. p. 215. tum quoque a Valla & a N. Cusano Cardin. Concor. Cathol. l. 3, c. 2. multis argumentis oppugnatam; & Bellarminus quoque asserat, in odium atque invidiam sedis Romanæ hæc a malevolis conficta, quæ tamen omnem ex decretis Pontificum auctoritatem fortiebantur. Vix enim ullum hæc figmenta pondus habuissent, nisi Dictatorum decretis munita in vulgus exiissent. Cuneus ergo cuneum trudit, fallacia fallaciam, & adjunctæ hæc donationis tabulæ decretalibus literis Episcoporum, quas olim confictas ex Hispania Riculfus Moguntinus Archiepiscopus in Gallias secum advexerat. Hic primum antiquorum traditiones & hæreditariam infallibilitatem velut Medusæ caput objicere adversis quibusque ausi sunt Rom. Pontifices, suaque edicta Ecclesiæ Canones esse jussunt; cum Isideri Hispalensis Episcopi nomi-

nomine ac autoritate commenta hæc per omnes Ecclesias divulgarentur. Non de-
 fuere, quibus fraus jam tum suboleret, cum
 enim autoritate eorum urgeretur Hinc-
 inarus Rhemenfis, l. LV. Capitulorum,
 quem contra Nepotem conscripsit c. 24.
 conficta aperte pronunciat. *Quam dis-*
sona illa sententia inter se habeantur, ex
quibus quadam commentis tuis interposui-
sti, qui legit, satis intelligit, & quam diver-
se a sacris Canonibus, & quam discrepan-
tes in quibusdam ab Ecclesiasticis judiciis
habeantur, evidenter manifestatur. Præ-
 luserat autem s. Riculfo sive Isidoro jam
 olim Dionysius Exiguus Justiniani
 tempore, cui curæ fuerat præter Apo-
 stolorum Canones Synodicas Pontifi-
 cum Romanorum Epistolas, atque id
 genus alia, ut venerandæ Antiquitatis
 deposita colligere atque Ecclesiæ com-
 mendare. Hæc autem quæ Riculfo
 attulerat ab impiis hominibus conficta, &
 Thaidis Babylonica amasiis invec-
 titatem Papalem ad cælos usque evehe-
 bant, cum præ summo stupore indocti Ec-
 clesiarum Antistites non subodorarentur
 anomalas hæc, & ex Parasitorum cerebro
 heri

heri aut nudius tertius pronatas fallacias. Quod posteritatem & Cardinalium doctiores, Cufanum latere nequirit & Baronium, qui veritatis vi adactus, larvam Ifidoro detraxit, *Et ejus qui vero nomine mercator vocabatur, imposturam & merces* (verba sunt Baronii ad Martyrol. XVI. Oct.) *ementitas* omnium oculis exposuit. Videri de his poterunt, præter eos, quos jam ante laudavimus, Gerh. T. 5. LL. de S. Coena §. 120. Rivet. Crit. l. 1. c. 1. 2. 8. Cocus Cens. Patr. edit. Helmst. p. 4. & 420. & imprimis Blondellus & Dallæus, qui de Pseud-epigraphis fusius egerunt. Sic legibus arbitrariis armari cœpta Pontificalis Antichristi potestas. Deerat vindex earum, qui solveret his ipsis cœteras divinas ac humanas omnes. Is Hildebrandus fuit, historicis pene omnibus scelerum nomine celebratus, cui satis haud erat de sede dejecto constitutum divino Numine Magistratum, Cæsarem Romano-Germanicum (id quod non sine Germanicæ patientiæ probro Galli Italique commemorant scriptores) nisi novis quoque Sanctionibus majestatem suam stabilitum ivisset. *Dicitatus hosce vocavit, quorum major pars,*
ut

80 Cap. III. Unde ortum traxerint

ut Onuphrius in vit. Gregor. VII. p. 248. loquitur, *antea parum in usu fuerat, & a nemine prædecessorum suorum attentata.* Inter hosce dictatus insigniores illi extabant. *Quod Pape solius nomen in Ecclesiis recitetur, quod unicum est nomen in Mundo* (nota quod Christi honores Phil. 2. 9. invalit) *quod nullum Capitulum, nullusque liber Canonicus habeatur absque illius auctoritate: Quod sententia illius a nullo retractari, & ipse omnium solus retractare possit. Quod a nemine ipse judicari debeat. Quod solus possit uti Imperialibus insignibus. Quod solius Pape pedes omnes Principes deosculentur. Quod illi liceat Imperatores deponere. Quod a fidelitate iniquorum subiectos potest absolvere.* Plura vid. Marg. de la Bign. T. 3. Conc. p. 2. p. 1196. Hisce suis decretis ostendit se homo ille peccati, filius perditionis, Contrarius ille, efferens se super omne, & quem DEVM dicimus, & quod veneramur (sc. Magistratus & Sacra) ut ipse in templo DEI ut DEVS sedeat, ostendens, se ipsum esse DEVM, quemadmodum prædixerat 2. Thess. 2 v. 2. Apostolus, *ut meminissimus, si quando impleatur, v. 5.* Ut autem iniquitatis mysterium

sterium & Apostasiam suam apertius declararet; & nos AntiChristum non nesciremus, is ipse Hildebrandus, quem cauteriatam habuisse conscientiam docent Historici, dum magiæ aliorumque scelerum accusant, Coelibatum Clericorum, & abstinentiam a carnis esu die Sabbathi, quam Apostolus doctrinam Dæmoniorum vocat, non sine summa tyrannide introduxit, de quo Sigebertus Gemblac. & Lambertus Schafnaburgensis ad an. 1074. in Chron. Rad. de Diceto inter Script. Rer. Angl. a Tvvydeno collect. p. 486. ad an. 1074. proluxe videri possunt. Et sic quod Spiritus I. Tim. IV. 1. 2. 3. *prædicaverat*, nunc totidem quoque Syllabis impletum fuit, quin & publice, si Historicis, in primis autem Aventino Ann. 5. p. 573. edit. lat. attendimus, *publice tunc privatimque de revelatione in Hildebrandi fastu AntiChristo declamatum.* Et ne vel minimum dubii restaret, integra Regna mancipium illud Diaboli sibi tributaria reddidit, atque Reges neminem in sua potestate (i. e. ditione) aliquid emere aut vendere permisere, quem Apostolica sedi inobedientem deprehendisset. Hoveden. p. 2. Annal. ad An. 1171.

82 Cap. III. Unde ortum traxerint

id quod adventus AntiChristi signum a
 Johanne accepimus Apoc. 13. v. 17. Quod
 si nunc omnem seculorum istorum impie-
 tatem atque hoc AntiChristi fidere exor-
 tam superstitionum lernam depingere vel-
 lem, vererer ne nimio dicendorum cumu-
 lo obrutus, vix finem sermoni meo inve-
 nirem. Tam luctuosa certe hæc secula
 erant, quibus hic AntiChristi dominatus,
 & simul omnis malorum seges invaluit, ut
 querelarum satis fundere nequeant autor-
 res. Tacebo Bedam expos. I. Sam. l. 4. c. 2.
 deplorantem Ecclesie statum, quod prædi-
 cta AntiChristi tempora jam tum incepis-
 sent. Omittam Bernardi luctus & Histo-
 ricorum quoque fidem haud appellabo. Fa-
 tetur Baronius, Papas, i. e. Ecclesie Spon-
 sos & Christi vicarios infallibiles, *homines*
monstruosos, vita surpes, moribus perditis-
simos tunc temporis fuisse. Anna. T. 10. a.
 897. §. 4. *quin imo visam eorum opera abo-*
minationem desolationis in Templo T. 10:
 a. 900. §. 1. & Genebrardus Chron. init.
 sec. X. *Apotacticos Apostaticosve potius*
quam Apostolicos fuisse, cui concinit Sta-
 plet. de mag. Eccl. Rom. l. 1. c. 8. Illi au-
 tem quam a posteritate gloriam nequive-
 runt,

runt, a seculo suo famam atque gloriam sunt indepti. Et habitum monstrorum horum edicta infallibilis & divinæ veritatis canones, ut non liceret amplius S. Spiritus oracula consulere, sed ab hoc cornigero Ammone omnia superstitionum *βδελύματα* peterentur. Novi hujus Deastri & Pythii Apollinis mystæ & fratres Sacrificuli plures inventi, quorum unicus labor, obliterare antiquam veritatem tantis impietatibus contrariam, novasque revelationes a manibus & a Pontifice afflatus & inspirationes suscipere, ut recens ubique Religio per gentes confirmaretur. Cumque ad hoc evehendum idolum & novam propagandam superstitionem omni cura studioque certatim tum temporis incumbere, uti Dionysio Exiguo palmam Mercator dubiam fecerat, sic quoque tunc Burchardo Wormatiensi, Anselmo Lucensi, Ivoni Carnotensi, gloriam Gratianus eripuit, omnes autem in eo occupati fuisse, ut Canonibus Conciliorum & Ecclesiasticis sanctionibus ea immiscerent, quæ antiquorum titulos mentientia, & novorum hominum adulationem manifestam præferentia, Papæ divinitatem & illam a Paulo notatam Dæmoniorum doctrinam

confirmarent. Ad quæ Gratiani opera novæ deinceps decretorum accessiones factæ, ut ex ipso Juris Canonici contextu patet. Adducerem nunc ex hisce Papæ scitis manifestissimas impietates & blasphemias, si instituti nostri ratio pateretur. Collegit sylvam earum quæ de Pontifice agunt Wolfius, & Tomo I. memorabilium in fine attexit, ad quæ certè quilibet, siquidem sit Christianus, horrescat. Unum hic omittere nequeo, quod instar omnium erit, & AntiChristi adventus manifestissimam fidem facit, eo progressam Curtisanorum (sic Itali vocant ministros Curie Papalis) meretricis Babylonice impudentiam, ut Pontificem Dominum DEVM suum salutarent. Sic enim in Glossa Juris Canonici. Extr. Joann. 22. de verborum significatione. c. cum inter *Credere Dominum DEVM nostrum Papam Conditorum dicte Decretalis* & istius non sic potuisse statuere prout statuit, hæreticum censetur. Quod vero errore Typographi insertum fuerit DEI vocabulum, persuasisse forte, nisi ex recensione illa Juris, quam Gregorii XIII. jussu Cardinales perfecere hæc glossa iisdem verbis prodiisset. Plu-

nimi hæc legum Papalium iniquitates, tum qui persecutionem ob agnitam veritatem passi, tum quoque alii curiæ Romanæ devoti redarguerunt. Ut enim Occamum, Marsilium Patavinum, Vallan aliosque taceam, Theodoricus Niem Verdenſis Episcopus *nefanda hæc jura pronun- ciavit*, apud Wolfium Mem. T. I. p. 341. & Antonius Augustinus Archiepiſcopus Tarraconenſis (not. in Canones ab Adriano in gratiam Ingelramni collectos c. 23. *reſor- mari Canones hoſce optat, & tolli quæ tur- bant, non docent, quibusque non releva- mur, ſed oneramus*. Unde ex iisdem cor- ruptæ Eccleſiaſticae doctrinæ indicium Fr. Duarenus petiit, quando ita in præſatione lib. de ſacris miniſteriis & beneficiis: *In Decretalium volumine intueri licet, quam a priſca illa diſciplina, quam Decretorum li- ber a Gratiano editus continet, multum de- generent, & exin cum rebus humanis male actum eſſe, ex quo decretis ale acceſſerunt*. Conſentit huic & Machiav. Hiſt. Flor. l. 1. Digna vero notatu ſunt, quæ Poſtellus de iisdem quæritur l. 3. Concord. Orbis c. 1. p. 263. in omnibus nobis *ὁμολογῶ* contra ſectæ ſuæ ſocios Canoniſtas & Scholaſticos.

Sanctissima, inquit, Christi precepta canonibus & Regulis Apostolici viri nulla cupiditatis humana opinione labefactati aut illecti, auxerunt atque illustRARUNT: secuta sunt prima concilia & ipsa nec apparenti ambitione aut factionibus, sed Numinis afflatu coacta, qua non pauca adneclenda iudicaverunt. Molem illam conciliorum & interpretum non sibi per omnia consentaneam, sed temporum, locorum, personarum & rerum rationi accommodatam in pauca congeffit posteritas, ut non asserere jam sed ambigere de rebus illis velut opinione nitentibus sit ceptum. Eo enim jam res venerat, ut plura in personarum quam in muneris gratiam statuerentur. Obortis vero opibus jam cuniculis irrepere & se sensim fraus rebus sacris immergere cepit, ut non usque adeo pietatem pratexere possint, quae abhinc quingentis annis sunt constituta. Fidio enim illa magnarum opum etiam sui tutelam eamque maiorem pascit, quam res ipse sacra qua illae paraverant. At poterant adhuc esse tolerabilia, qua decretis primum, epistolis decretalibus, paleis extravagantibusque sunt statuta, nisi longe maxima pestis in hanc opinionis segetem irrepisset, interpretum turba innumerabilis (Canonistas & Scholasticos notat) qua dum sua firmat, sibi placet in opinione, alii refragatur, quosdam probat, quosdam reprobat, opinionem quam veritatem intari mavult; eo rem deduxit, ut eo jure, quod humana industria & commentatio excoGITAVIT sit certissimum nihil esse certi, nullumque jus esse tam

iniquum quin aequitatem opinionibus sibi inueniat. Ita patronorum, iudicium & vafrorum hominum aucupium potius, quam jus factum est, ubi opinio- nibus potius quam aequitate nitimur ipsosque secu- lentos rivulos potius quam fontes sequimur. Ita sine sensu hujus stolidæ mortalitatis fit, ut rerum ab arbitrio humano tractatarum usus & natura de- generet, atque quod pridem iudit multos multis no- ceat, eoque magis quo majori sunt innocentia (i. e. infallibilitate.) Quid enim non pervertat im- probitas, ubi semel ansam scelera regendi specie pietatis obtinuerit. Ita fit summum jus summa injuria. Fuiſſet id quidem tolerabilis, si ad pu- blicam tantum rerum administrationem ea opinio- num varietas pervasiſſet: At fundamentum etiam ipsum petit. In utramque partem disceptari de rebus divinis captum, de quibus ambigere nefas, ut par occasio cuius, quodvis defendendi facta esse cernatur, si semel quis rationem humanam autori- tati divine præferat. Quod cogitandum relin- quo. Id satis fuerit dixiſſe, nisi explosa ambigen- di & depravandi opinione ad caput ipsum (i. e. Sa- cram Scripturam) recurramus, futurum, ut non tantum res privata, sed & publica sint periclitati- va, & propediem collapsura. Hactenus Postel- lus qui τραπεζιτάρων istam gravi carceris pœ- na luit. Eodem ore sec. X. in has Anti- Christi definitiones detonuit senior Ar- nulphus maximi neminis episcopus cum

in Synodo Rhemensi de Episcoporum
 censura disceptaretur, an illa ad leges ec-
 clesiasticas & concilium pertineret, an si-
 lente Pontifice intermittenda. c. 28. syn.

*Duo sunt qua magnopere a nobis provideri
 debent: id est si Romani Pontificis silen-
 tium aut nova constitutio promulgatis legi-
 bus canonum (Nicæni sc. concilii) vel de-
 cretis priorum præjudicare potest. Si enim
 silentium præjudicat, omnes leges omnia
 priorum decreta eo silente flore necesse est.*

*Si autem nova constitutio, quid profunt le-
 ges condite, cum ad unius arbitrium omnia
 dirigantur? Videtis, quia his duabus cau-
 sis admissis ecclesiarum Dei status periclitat-
 ur, & dum leges legibus querimus, nullas
 omnino leges habemus. Quid ergo? Num
 privilegio Romani Pontificis derogabimus.*

*Minime; sed si Romanus Episcopus is est,
 quem scientia & vita meritum commendat,
 nec silentium, nec nova constitutio metuen-
 da sunt; quod si vel ignorantia vel metus
 vel cupiditate abalienatur, vel conditio in-
 vidiam facit (quod fere sub hac tempora vi-
 dimus Roma tyrannide prevalente) tunc
 multo minus idem silentium & nova consti-
 tutio formidanda sunt. Non omnino is qui*

quo-

quolibet modo contra leges est, legibus pra-
judicare potest. Est post alia. Quid hunc
sc. in sublimi solio residentem, veste purpu-
rea & aurea radiantem, quid hunc inquam
esse censetis? Nimirum si charitate desti-
tuitur, solaque scientia inflatur & extolli-
tur, AntiChristus est, in templo Dei sedens,
& se ostendens tanquam sit Deus. Si au-
tem nec charitate fundatur, nec scientia
erigitur, in templo Dei tanquam statua tan-
quam idolum est, a quo responsa petere marti-
mora consulere est. Sic post aliqua. Pro-
inde si Regum dissidentium animositas non
prohiberet, inde magis Episcoporum judi-
cium petendum fore videretur, quam ab ea
urbe, qua nunc emptoribus venalis exposita
ad nummorum quantitatem judicia trahi-
nat. &c. conf. ea quae Budæus lib. de asse
prolixè quoque in hanc rem queritur, cu-
jus verba omittimus, quia autor in com-
plurium manibus versatur; modo non
mutilatus sit, quod attentavit officium in-
quisitionis Hispanicae expurg. Indic. 98.
Legi præter hæc omnino merentur quae
Cornel. Agripp. de Jure hoc Pontificis
commentatus est L. de vanitat. scientiar.
c. 92. Ubi fraudes & imposturas ejus

omnium oculis exponit. Quis nunc impuros in Scholasticorum scriptis rivos miraretur, ubi fontem, ex quo omnis profluit iniquitas ac error: tanta vehementia viderit ebullientem? Quid enim Theologia eorum, imprimis ubi a prima veritate recesserit, aliud refert, nisi ex spuris & suppositis antiquorum patrum monumentis, oraculi Romani responsis, tabulis & revelationibus dolosis, contortis quoque Philosophiæ regulis, & duris & imperceptibilibus notionibus mixtum quoddam & informe chaos? aut firmavis aliorum verbis.

Est Scholastica doctrina genus confutum ex male detortis scriptura sacra sententiis & confusio cum Platonis & Aristotelis disputationibus Ethicis, Physicis & Metaphysicis sed alicubi depravatis, & Pontificum constitutionibus, quod labyrinthis inextricabilibus involutam particulam doctrina legis seu potius Philosophia moralis enarrat prorsus more Philosophorum. Evangelii vocem obruit atque abolet, sublata certitudine promissionis & fidei, amotoque mediatore. Estque totum attemperatum tyrannidi Pontificum, & presenti regno superstitionum, nititurque hypotesibus impiis & falsis, quod que a Pontificibus conduntur & approbantur, aut in doctrina vel ritibus vetustis mutantur etiam contra normam verbi divini, sint juris mandati que divini & valeant propter Ecclesia au-

teri-

roritatem, qua labi & errare nequeat, cui adversari nefas sit, denique cujus sit caput Romanus Pontifex. Et quod quale fuerit ostendunt libri, qui extant, cujus pudet jam plerosque, qui nisi convinci possent essent id abjuraturi. Cari. Chron. l. 4. p. 440. ed. Witeb. Et qui poterant aliter Scholastici, quippe quibus AntiChristus præceptor contigerat? Expresse Matthæus Parisiensis suo ævo. *AntiChristum omnes universitates & eruditorum collegia seduxisse, ita ut jam nihil sani doceant, aut Christianis recte sua doctrina præluceant.* Et ne de unius fide dubitemus totum Episcoporum cœtum audiemus in Hildebrandum, cujus auspiciis adolevisse Antichristianismum supra vidimus, omnem profanationis Theologiæ causam conjicere. Ita illi apud Avent. l. 5. ann. Boj. p. 573. *In Babylonia in templo Dei sedet, super omnia id quod colitur extollitur, quasi Deus sit, se errare non posse gloriatur &c.* Non solum ad ambitionem suam occulendam fabulas comminiscitur, annales corrumpit, res gestas invertit, sed etiam cœlestia oracula adulterat. Divinas literas falso interpretando sue libidini servire cogit, sacram historiam lacerat, inter mulierculas de sacris **PHILOSOPHATUR** literis. *Quidquid*

92 Cap. III. Unde ortum traxerint

dixerit legem Dei putat, ad aviditatem suam incongrua conquirat testimonia, sententias depravat, ad voluntatem suam scripturam trahit repugnantem. Nimirum sibi de Phariseorum supercilio sumit. &c. Idem Avent. l. 5. Chron. German. p. 693. ed. Franc. 1622. Ubi de Hildebrando agit Latine versa sic se habent. Hujus tempore scripta de Donatione Constantini conficta sunt. Inchoabat etiam falso conficta religio, sub specie vera pietatis, tum quoque nundinationes indulgentiarum in Ecclesia initium sumpsere. Præterea sacra litera variis hominum commentis, fabulis antiquis, prava interpretatione falsariorum ita commaculabantur, ut ferme impossibile fuerit divinam scripturam integram atque incorruptam oculis hominum restituere. Omnium autem gravissime corruptores veræ sapientiæ Scholasticos & eorundem Doctorem Hildebrandum describit Benno Cardinal. archipresbyter Ecclesiæ Roman. or. de Vita & gestis Hildebr. quam Reverendissimæ matri S. Romanæ Ecclesiæ dedicavit. Habetur in Fasciculo rerum sciendarum s. expetendarum Colon. impresso. Sileant hypocrita sicut ait beatus Petrus

Petrus piratis similes, beati Petri nomen igne malitiæ sub nomine Catholico, sub obtentu justitiæ artificiosè supposito destruentes & fere demergentes. Obsupefcant Pseudopropheta ad vocem Petri, in facie humani, in cauda scorpiones, lupi sub ovina pelle latentes, corpora trucidantes in gladio & animas pariter devorantes: quorum religio nihil aliud redolet nisi proditionem & avaritiam penetrantes domos viduarum, captivas duxerunt mulierculas oneratas peccatis, sub occasione impacati temporis attendentes Spiritibus erroris & doctrinis demoniorum, quas accepit Hildebrandus magister eorum a magistris suis: a Theophylacto, qui cognominatus est Benedictus Papa nonus: a Laurentio Amalfitano episcopo, a Joanne Archiepresbytero sancti Joannis de Porta Latina, qui postea cognominatus est Sextus Gregorius Papa. Posthæc in magica horum opera & summa scelera digreditur. Sic sua demoniorum doctrina corruptelarum dictator Hildebrandus Babylonis regnum condiderat & posteris tuendum ac amplificandum trans miserat. Successores ejus quam hæreditate acceperant majestatem divina humanaque omnia pedibus suis subjiciendi masculæ etiam tutati, veræ religionis mangonio invidendas opes lucrifecerunt. Hoc est quod conquesta olim integræ academiæ

miæ, ereptam scilicet sibi & piis omnibus tyrannide Papali vera docendi libertatem, Editæ sunt ab Ulrico Hutteno epistolæ nonnullæ Scholæ Parisiensis vetustissimæ ut & Oxoniensis & Pragensis, quarum virgula censoria Præsulum Romanorum intolerabiles corruptelæ notantur. Inter alia & hæc ibidem leguntur. *Per Principes sacerdotum Ecclesia prophanatur, Sacerdotium temeratur, omnis ordo confunditur; quidquid est religionis corrumpitur, quod legis, quod vite, quod morum, quod fidei, quod disciplina perditur & confunditur in tantum, quod etsi benedictus Dei filius multa & dura sit passus per viros synagogicos, adhuc multo duriora patiatur per nostros Sacerdotum Principes.* Ne vero his fidem derogent, quod facere solent, dum supponi proclamant; Audiamus Petr. ab Aliaco Cardin. Camerac. qui de reformatione Romanæ Ecclesiæ libellum conscripsit, oblatum concilio Constantiensi uti Trithemius testatur, part. s. consideratione IV. ubi de reformatione circa statum religiosum agit. *Multi seculares (i. e. Philosophi qui artes liberales sectantur) student in litium facultate, ipsa quoque Theologia in statu secularium paucos habet sectatores, propter abusum Romana curiæ, quæ Theologos contempnit, nec*

non in omni Ecclesiastico gradu lucratarum scientiarum studia preposuit, cum tamen primitivi Theologi ecclesiam adificaverint, quam aliqui blateratores destruxerunt, & nunc eam ad extremam ruinam deducere videntur, adeo, ut tam horrendum quorundam proverbium sit ad hunc statum venisse ecclesiam, ut non sit digna regi nisi per improbos. Ut vero tantarum corruptelarum autoritatem non defugiant Pontifices, nos propria confessione eosdem convincemus. Sic enim Adrianus Pontifex in Comitibus Norimbergensibus (A. 1523.) ingenue prolocutus. (Habentur in Fasciculo rerum sciendarum Colon. impresso) Scimus in hac sancta sede aliquot jam annis abominanda fuisse, abusus in Spiritualibus, excessus in mandatis, & omnia denique in perversum mutata. Nec mirum si agridudo à capite in membra à summis Pontificibus in alios inferiores descenderit. Omnes nos declinavimus, unusquisque in vias suas, nec fuit jam diu qui faceret bonum, non fuit usque ad unum. Et post aliqua. Quanquam nemo mirari debeat, si non statim omnia errata, & abusus omnes per nos emendatos viderit. Inveteratus nimium morbus est, nec simplex, sed varius & multiplex. Pedetentim in ejus cura procedendum. Adeo tenax libidinis dominandi animus, ut pedetentim (Lutherus exposuit ut inter singulos passus mille anni

96 Cap. III. Unde ortum traxerint

anni intercedant) i. e. ad Calendas Græ-
tas speranda Papalis insolentiæ emenda-
tio. Omnis enim spes emendationis
decollavit, postquam insecuti Concil. Tri-
dentini vota ex voto Pontificis ceciderunt.
Ex quibus liquet Pontifices curiamque
Romanam hunc Philosophiæ Scholasticæ
labyrinthum condidisse, minotauros illos
semiphilosophos semitheologosque, id est
semichristianos in eo collocando. Hinc
quoque factum, ut ad parentum suorum
decreta ne mussitare quidem auderent,
cum velut filiis lex obedientiæ diceretur,
extat illa apud Grat. dist. 40. c. 6. *Si Papa
sanctus & fraternæ salutis negligens deprehenditur,
inutilis, & remissus in operibus suis, & insuper à
bono taciturnus, quod magis officit sibi & omnibus,
nihilominus innumerabiles populos caservatim
secum ducit primo mancipio gehenna, cum ipso
plagis multis in aeternum vapulaturos. Hujus
culpas istuc redarguere presumit mortalium nullus:
quia cunctos ipse iudicaturus, à nemine est judi-
candus. Quinimo si maxime stimulantem
conscientiam, ausi fuissent bestiæ Romanæ
repugnare scholastici, obstabant diræ &
Vejovis fulmen. Sic enim dist. 23. cap. in
nom. Domini. *Quod si quis hujus nostræ san-
ctæ decretalis sententiæ temerator extiterit, & Ro-**

MANANS

Manam Ecclesiam sua presumptione confundere & perturbare contra hoc statutum tentaverit, perpetuo anathemate atque excommunicatione damnetur, & cum impiis qui non resurgent in iudicio reputetur &c. sequuntur illa Psalmi quibus ad imprecationes sagæ quoque abutuntur: additur in fine. *Omniū sanctorum quiescentium merita illum confundant, & nisi se hac dita decreti omnipotentis vinculis absolvat, super eum apertam vindictam eorum ostendant. Observatores autem huius nostri gratia protegat, autoritas beatorum Apostolorum Petri & Pauli.* Nec tantum hæc Pontificalis execratio, sed juramentum quoque extabat, quo sese Tyranno omnes obstringere cogebantur. Extat decretali. de jurejurand. c. *Ego ab hac hora fidelis ero S. Petro sanctæque Apostolica Romana Ecclesia dominoque meo Papa:* In sequentibus. *Papatum Romana Ecclesia & Regulas Sanctorum Patrum, adjutor ero ad defendendum & retinendum contra omnes homines. &c.* At vero antiquata hæc jurisjurandi formula & substituta alia est, quæ nunc Roma mitti in dioceses solet, si quis inaugurandus est Episcopus, quahunc in modum jurant. *Non ero, in*

G

con-

consilio, consensu, aut facto, ut injuria aliqua successoribus Petri inferantur, quovis quasito colore: Papatum Romanum & REGALIA S. Petri, adiutor eis ero ad retinendum & defendendum contra omnem hominem. Jura, honores, privilegia & auctoritatem Romanae Ecclesiae, Domini nostri Papae, & successorum praedictorum conservare, defendere, augere & promovere curabo. Nec ero in consilio, in facto, seu in tractatu, in quibus contra ipsum Dominum nostrum vel eandem Romanam Ecclesiam aliqua sinistra vel prejudicialia personarum, juris, honoris, status & potestatis earum machinentur, & si talia a quibusdam tractari non vero vel procurari, impediam hoc pro posse, & quanto citius potero commode significabo eidem Domino nostro vel alteri, per quem ad ipsius notitiam posse pervenire. Regulas sanctorum patrum, decreta, ordinationes, sententias, dispositiones, reservationes, provisiones & mandata Apostolica totis viribus observabo & faciam ab aliis observari. Hetericos schismaticos & rebelles Domino nostro pro posse persequar & impugnabo &c. Vid. tom. I. lat. Ien. Luth. f. 502. & seq. Rei vero hujus & Pontificalis fastus indignitatem non meis sed Gersonis verbis pag. 3. lect. 2. de vita spirit. nunc porro edisseram. Fit frequenter irritum mandatum Dei propter traditiones hominum, fit amplius de levi jugo Christi & lege libertatis jugum ferreum & onus grave premens cervicibus Christianorum: dum scilicet aliqui suas omnes leges,

leges, suas institutiones, suas regulas & statuta, arbitrari volunt accipiendas esse sicut præcepta legis Dei, ad æterna mortis interitum si prætereantur mergentia. Has vero traditiones hominum, quis cunctas dinumeret in canonibus Synodalibus provinciarum aut dicecesium, in Religionum Regalis, in Universitatum & Collegiorum & Ecclesiarum statutis, in edictis Imperatorum & Principum, & in plebiscitis communitatum. Quarum plures sub excommunicatione lata sententiæ, alia sub interminatione divina indignationis, alia sub voto, alia & fere omnes sub juramento & fidelitatis debito stringunt & obligant. Quod si Adam vir talis & tantus unicuique disciplina præceptum habens, in illo corruit; nos in ser innumerabilia positi, qualiter evademus? vix potest imbecillitas nostra divinas leges ad numerum parvum gratuita sua benignitate reductas implere. Viam igitur obsitam tot spinis constitutionum semet involventium & obumbrantium, quis inoffenso pede transiret? Scimus quid dixerit Petrus Actar. 15. Quid tentatis Deum imponendo iugum super cervicem discipulorum &c. Hoc animadvertens & pia compassione deplorans egregius Doctor Augustinus: ipsam, inquit, Religionem nostram, quam manifestissimis & paucissimis celebrationum Sacramentis Dei voluit misericorditer esse liberam, servilibus premunt oneribus, ut tolerabilior sit conditio Judæorum, qui legalibus Sacramentis non humanis presumptionibus subjiciuntur. Si tuo tempore sic docebas sapiens Augustine,

quid nostra tempestate dixisses? Ubi pro varietate & motu capitum, incredibilis est varietas, & dissona multiplicitas onerum, hujusmodi servilium & humanarum, prout loqueris, presumptionum, inter quas velut inter laqueos animarum, & retia ligantia vix quisquam securus & indeprehensus exierit. Haftenus Gerson, qui ob παρρησίαν Scholasticorum Paris. concilio ejectus in exilio vitam finivit. Atque hinc cernere est, quomodo restim ducente Pontifice, vi metuque ac sua etiam religione impulsis Scholastici in errorum praecipitia prolapsi sint. Nec tantum legibus coactos, sed quoque praemiis illectos eosdem fuisse credendum est, ut omnia Papae decreta exoscularentur. Digna memoratu sunt, quae autor Fascic. Tempor. Carthusianus Monachus ad a. 1040. recenset, quo penes tempore Anti Christi dominatus in ecclesia invalescebat. De pluralitate beneficiorum quae circa haec tempora nimis invaluisse videntur, & deinceps continuata, multum dolenda ambitione praelatorum & simoniaca lae habentur quam plurima scripta sanctorum patrum de testantium abusiones istas. Et nota quod facile inventi sunt pauperes clerici & doctores, qui pluralitatem beneficiorum & pompam ecclesiasticarum reprebenderunt, donec offerret se occasio par-

recipiendi, qua accepta communiter avaritia exce-
 ravit eos. Fertur de quodam magistro magna
 literature (Scholastico) qui valde sublimiter
 disputavit contra divitias pralatorum & fastum
 eorum, quasi omnino sic vivere non liceret. Hac
 cum nunciata Domino Papa fuissent; plausibiliter
 respondit: Demus ei bonam preposituram & hæc
 & illa beneficia, & pene pacatus est; Factum est
 ita, & ecce protinus sententiam mutavit, dicens:
 nunquam intellexi materiam hanc præter modo.
 Luculentus præterea hujus rei testis est Ja-
 cobus Almani doctor Parisiensis, qui con-
 tra Cajetanum de autoritate conciliorum
 duos libros edidit, & aperte profiteretur;
 multos idcirco Papam & ejus super omnia
 venerari majestatem, ut premiis beneficio-
 rum ecclesiasticorum ditentur. His ipsis
 artibus florentissimas Principum familias
 in Italia sibi Papa devincit, liberos aut
 agnatos eorum beneficiis ecclesiasticis di-
 tando, ne Romæ Episcopo summam illam
 & plusquam Imperatoriam invideant ma-
 jestatem. Hac Prædiorum Episcopaliū
 objecta offa compressit, quoque virorum
 doctissimorum latratus, ne sibi sacra pari-
 ter & profana temeranti obnunciarent.
 Quomodo Cusanum aliosque devinxit, &
 ipsos quoque Basileensis concilii Patres,

ut memoriae prodidit Aeneas Sylvius, qui & ipse Cardinalis electus easdem artes Apostolicis nunciis inculcavit, ut ex Epistolis ejus perspicitur. Atque hoc illud Johanni memoratum scortationis poculum est, quo sapientibus quibusvis & potentioribus propinato, velut philtro mentes eorum dementavit, ut omnes in suos amplexus ruerent, ac insanum abblaudirentur. Hic ille Spiritus vertiginis, quo afflati Scholastici, dum Antichristo assentabantur, tam copiosam errorum ac superstitionum Miamdem pangebant. Audiamus Zabarellam de Schismat. Innocent. 7. & Benedicti p. 20. *Illi qui voluerunt placere Pontificibus per multa retrotempora, & usque ad hodierna, suaserunt eis quod omnia possent, & sic, quod facerent, quicquid liberet, etiam illicita, & sic plus quam DEUS.* Et quoque Erasmus graviter, ut solet, perorantem oratione verae Theolog. f. 14. l. 2. dum comparat Patrum Ecclesiasticorum & Scholasticorum scripta. Locum totum recitabo. *Illic, inquit, videmus aureum quoddam ire flamen, hic tenues quosdam viridos, eosque non puras admodum, nec suo fonti respondentos. Illic tonant oracula veritatis aeternae, hic audis hominum commentula, quae quo propius inspicias, hoc magis similia insomnis evanescent.*

Sunt. Illic solidis Scripturarum fundamentis innixum adificium surgit in altum, hic futilibus hominum argumentis, aut etiam Adulationibus non minus inanibus quam immanibus superstrueta machina tollitur in immensum. Illic velut in felicissimis hortis affatim oblectaberis, dum hic inter spineta & sterilia dilaceraris ac torqueris: Illic majestatis plena omnia, hic adeo nihil splendidum, ut plerumque sordida parumque digesta dignitate theologica, ut interim a comparatione morum abstineam. Et quid opus est multis aliorum verbis, quando reos habemus confitentes. Sic enim consilium Cardinalium de emendanda Ecclesia Paulo III. exhibitum (habetur adjunctum Histor. Concil. Tridentin. P. Suavis Polani.) ab initio statim. Abusibus velut morbis gravissimis jampridem ecclesia Dei laborat, ac praesertim haec Romana curia, quibus effectum prope est, ut paulatim ac sensim ingravescentibus pestiferis his morbis magnam hanc ruinam traxerit, quam videmus. Et quoniam Sanctitas tua Spiritu Dei erudita, qui, ut inquit Augustinus, loquitur in cordibus nullo verborum strepitu, probe noverat principium horum malorum inde fuisse, quod nonnulli Pontifices tui praedecessores prurientes auribus, ut inquit Apostolus Paulus, coacerarunt sibi Magistros ad desideria sua, non ut ab eis discerent, quod facere deberent, sed ut eorum studio & calliditate inveniretur ratio, quod liceret id, quod liberet: inde effectum est, praeterquam

quod principatum omnem sequitur adulatio, ut umbra corpus, difficillimusque semper fuit aditus veritatis ad aures principum; quod confestim prodirent Doctores, qui docerent Pontificem esse dominum beneficiorum omnium: ac ideo cum Dominus jure vendat id quod suum est, necessario sequi, in Pontificem non posse cadere Simoniam, ita quod voluntas Pontificis, qualiscunque ea fuerit, sit Regula qua ejus operationes ac actiones dirigantur: Ex quo procul dubio efficitur, ut quidquid libeat, etiam liceat. Ex hoc fonte Sancte Pater, tanquam ex equo Trojano irrupere in Ecclesiam Dei tot abusus, & tam gravissimi morbi, quibus nunc conspicimus eam ad desperationem fere salutis laborasse, & vel manasse harum rerum famam ad infideles usque. Credat sanctitas vestra scientibus, quod ob hanc precipue causam Christianam religionem derident adeo, ut per nos, per nos inquam, nomen Dei blasphemetur inter gentes. vid. ib. plura egregia ambitionis & avaritiæ papalis ἐγκλήματα.

(2.) Atque hæc de Parentibus Scholasticæ sapientiæ dicta sunt, quæ sub ferula Anti Christi ad tantas humanæ divinæque scientiæ confusiones fuit informata. Nunc quoque pauca quædam de ipsa hominum conditione dicemus, quorum ministerio tam pestiferas corruptelas referimus acceptas. Ex illis, quæ initio de Scholis dixi-

diximus, jam constare arbitror, sequenti
 seculo sapientiæ professores potissimum
 Monachos claruisse, quorum institutis ac
 præceptis juventus imbueretur. Quæ
 les autem isti Præceptores fuerint, non
 patiuntur nos ignorare annales & testi-
 monia eorum, qui *in tormentis & dolo-*
ribus ob exulcerata tempora, ut Publii ver-
 bis utar, *vocem adhuc habuere*. Nec ta-
 men expectet hic aliquis Monachorum
 censuras, in Conciliis & Canonibus anti-
 quorum firmatas, aut etiam fusas a priva-
 tis querelas, illæ enim in historiarum pagi-
 nis occurrunt, & extant libri, quales Onus
 Ecclesiæ, Gerardi Ritteri lacrymæ ecclesiæ,
 Gildæ sapientis de excidio Britannia: epi-
 stola, Wiclefii contra ordines fratrum
 improbitates eorum soli exponentes; ut
 de iis nihil dicam, qui nostris temporibus
 perversitates ac corruptos mores eorum
 propalarunt, inter quos Sutlivius & Hospi-
 nianus familiam facile ducant. Quibus
 Buchanani satyra quam Fratres fraterrim-
 os inscripsit, ob suavitatem carminis ad-
 di meretur. Ea nunc tantum quæ in vera
 sapientia corrupenda præstitere, et anti-
 quitate petita rudiori penicillo depinge-

mus. Sic autem Waltramus Apologia de
 Unitate Ecclesie. (ext. T. Scrip. Ger. Froh.)
 Postquam mota sunt luminaria ab Oriente, & recesserunt
 a venabili lumine, tunc adversus Deum impietatis
 sue turrim edificaverunt, & hoc dogmatum superbiae
 confuxerunt, curiositate volentes non licita in ipsius
 caeli alta penetrare: & vocatus est locus ille Babel,
 i. e. confusio, quale mysterium iniquitatis nunc ope-
 ratur per quasdam, qui dicuntur Monachi, confun-
 dentes Ecclesiam pariter & Rempublicam perverso
 dogmate suo: & c. & post alia de Dominatu Pa-
 pae ab iis stabilito: Qui ne pueros quidem vel ado-
 lescentes permittunt in monasteriis habere studi-
 um salutaris scientiae, ut scilicet rude ingenium nutri-
 atur siliquis plerumque, quae sunt consuetudines
 humanarum traditionum, ut ejusmodi spurcius
 non possint gustare, quam suavis est Dominus, qui
 dicit in Evangelio de talibus: *Ve vobis Scribae &
 Pharisei hypocrite, qui tulistis clavem scientiae, vos
 enim non intratis, nec sinitis introeuntes intrare:*
 Item Dei traditione contempta alienas doctrinas
 appetunt, & magisteria humanae institutionis in-
 ducunt. Item Satanae Ministri sunt, qui transfigu-
 rant se velut Angelum lucis; afferentes Anti Chri-
 stum sub vocabulo Christi; & dum verissimilia
 mentiuntur, veritatem subditate frustrantur.
 Sic & Honorius Augustodunensis Ecclesie
 Presbyter Dial. de predest. *Contemplare
 Monachorum conciliabula, & videbis in eis
 bestie*

Bestia tabernacula. Bern. in Cant. serm. 33.
hypocritis & Pharisæis eosdem comparat.
 Et certe eandem in Ecclesia tunc temporis
 faciem fuisse, qualis in Judaica tempore
 Christi, quis inficias iret, si Ordines Mona-
 chorum cum sectis Judaicis, traditiones
 Pharisaicas cum Pontificum sanctionibus,
 legalem justitiam cum meritis operum, &
 quidem operum supererogationis, vendi-
 tatam Moïsi cathedram cum Petri sede
 quis comparaverit. Et qui poterant Mo-
 nachi, regulis suis cultui Papali, tantis Sa-
 cramentis & votorum religione obstricti
 alia agere, quam quæ tales milites dece-
 rent, vitam, studia ac animarum salutem
 pro Pontifice paciscentes. Et unde vo-
 luptatis ac deliciarum instrumenta ipsis
 suppetissent, si verbi divini elucescens
 splendore fabulæ sanctorum & Superstitio-
 num umbræ evanuissent? Ex victimis
 quondam victum toleraverant Sacrificu-
 li, & hic dum pecora nequiverunt Chri-
 stum ipsum immolarunt quotidianis pec-
 missæ sacrificiis pro animabus facientes, ut
 inde quæstus ad se, ad manes autem mentes
 pertingerent. Sic introducta Transsub-
 stantiatio. Quis autem & muneribus ce-

108 Cap. III. Unde ortum traxerint

nobis ditavisset, nisi idolum, luminibus, & auribus cassum subornatum fuisset, cumque precibus stultorum munera suscepisset? Sic invecata Idololatria. Quis patriam fugisset, torum deseruisset, & liberos privans hereditate, opes suas alio pedes portasset; Quis denique sui ipsius Carnifex & Lorarius extitisset, nisi satisfactiones, nisi indulgentiæ prædicatæ? Hinc introducta salifica operum hujusmodi merita. Qui denique Thaidis lenones extitissent, nisi & Monachi blacennomii parte, quod optimates pendebant, ditati fuissent. Et profecto miseram illam Ecclesiæ faciem! quando ab his *χοίροις ἀναστανίσις*, his ptochotyranis, uti Erasmus ipsos appellavit, illa æternæ salutis *κρημύλια* administrabantur. Quam vere itaque Benno cardinalis sup. cit. conquestus est, *oblucrativarum scientiarum studia eo venisse ecclesiam, ut non sit digna regi nisi per improbos.* Et qui poterat efflorescere politior literatura, cum omne literarum dominium sordidati, illi & barbari sibi arrogarent, atque illa, quidem tyrannide, ut qui humanitatis studiis tum temporis invigilarent, seculares & inhonestos

nestos haberent, quique supra vulgum saperent, eque laceris antiquorum scriptis doctrinæ aliquid, velut e flamma cibum peterent pro Magis, qui autem ferrea notarent secula, & ad lydium S. Scripturæ lapidem aut tribunal antiquitatis veteratorum sancita revocarent, pro hæreticis raptarent, condemnarent, & tandem etiam vita privarent. Sic AntiChristi Lictores Monachi sæviebant, proque barbarie retinenda tanquam pro aris & focis certabant; cumque animum ac mentem Papæ emancipassent, ipsam quoque sapientiam misera servitute premebant. Solus Lombardus & Gratianus effecto stabant in aulo, vetustioribus Patrum velut ostracismo ejectis, quasque illi præterissent sententias, quis memorasse curabat. Historicorum & Poëtarum eadem fors quæ sanctorum patrum, cum tineis & blattis illi rixabantur, Mammetrectus, Modista Catholicon & nescio qui tenebriones alii nectar omne stillabant, & plausum iniquitatis ferebant; Quodque hæ Pythiæ non respondissent, illud quoque salutare minus judicabatur. Quod si ultra quis sapere, aut ex Poëtarum fonte bibere aureret, Gratiani

no. Cap. III. Unde ortum traxerint

tianæ decreta, Hieronymi ab Angelo incre-
piti exemplum, & Regulæ ac Canones Or-
dinum Monachalium objiciebantur, qui-
bus nefas judicabatur tam periculoso secu-
laris sapientiæ pelago sese committere, de
quibus infra pluribus C. V. testimoniis &
confessionibus agetur. Si de fide mea du-
bitatis, consulite Erasmi Antibarbaros, ubi
cum Antæis hisce Scholasticis animose fa-
vis congressus. Ut vero barbarorum ho-
rum mores & studia eo clarius perspician-
tur Timanthem imitator, qui Cyclopem
adumbraturus digitum tantum unum in-
stititæ magnitudinis pinxit; atque unum
tantum ex barbaris Cyclopius exprimam,
ut quæ universonum fuerit disciplina, hoc
velut indice significetur. Faciam id Erasmi
verbis fin. l. i. Antibarbar. Ita ille, post-
quam de luxuria & libidine coenobitarum
sermonem instituerat: *nuper, inquit, cum in
Eubodia legationem vestro nomine obirem, incidi in
hujusmodi portenti (Abbatis) convivium, ibi inter
perula, ut sit, cum hospitalitatem suam nobis jacti-
taret, ut festiviore confabulatione convivium exhibi-
lararem, Tantali & Lycæonis, & his similes nonnul-
tas fabellas commemoravi, rogavit me, ubinam il-
la legerentur, ajo in Pœtius, oravit protinus ne illos
Eubodicos ad suam mensam nominarem, ne fœdis*
nomi-

nominibus sanctum convivium prophanaretur.
 Gessi morem Convivatori meo; aderat Theologus
 quidam homo adolescens, sed plaxe doctus, nec ita,
 ut hodie Theologorum est vulgus, quarum plerique
 prater Sophismata nihil didicerunt, verum ita, ut
 non minus Rhetor esset, quam Theologus, cum hoc
 mihi de Ecclesiasticorum Scriptorum eloquentia
 sermo incidit. Recensito colloquio subin-
 fit. Hac & alia quadam cum nugavemur, risit
 nos homo severus ille, & curiosos appellavit, qui
 res otiosas & ad nihil utiles curavemus. Intellecta
 hominis improbitate putavi malo nodo matum esse
 querendum tuncum, ac de industria quidem eum
 sermonem injeci, in quo illum sciebam ut plurimum
 valere, de vinorum generibus, de arte coquinaria,
 de venaticis epulis. Ibi ille tanquam in rem magna
 erectus, magno silentio, magna autoritate diu dispu-
 tavit acute, copiose, polite, Platonem ipsum dixis-
 ses; sexcenta vinorum genera memoriter redde-
 bat, prater ea pretia, qualitates, differentias, pa-
 trias, naturas, seque ista non e physicorum literis,
 sed sapienti suo palato didicisse gloriabatur. Ple-
 nium, (illum enim citabam) delirare dicebat, qui
 tanta in re alienis potius literis, quam suo palato
 fidem habuisset. Jam vere de epulis coquendis,
 condiendis, si disputantem audisses, quem tu non ibi
 coquam, quem non Catium, quem non Phloxe-
 num, quem non Apitium, quem non Platynam con-
 temneres. Haenimirum sunt artes totrice & gra-
 vi Sacerdote digna. Scilicet ferendum hoc quo-
 que.

112 Cap. III. Unde ortum traxerint

*que, si non inter epulas senes sola libidine fortes an-
tiqua sua facinora jactarent invicem, & quod fa-
cere per aetatem nequeunt, fecisse se turpiter gloria-
rentur.* Simile huic aliud adhuc recenset
de Parisiensi literatore, qui cum amores
suos & adulteriorum artes jactasset, ad pro-
fatas ab Erasmo Poetarum sententias velu-
ti Phorcynide visa obriguit, ac si parum re-
ligiosum esset aures istis impietatibus præ-
bere. Eat nunc Isidorus Pelusiota, & le-
ctione Poetarum Monachis interdicit, ob
periculum castitatis. l. 1. ep. 63. & Hispalens.
l. 3. c. 13. videantque quantum hac ratione
profecerint ad arcendas otiosorum animis
voluptates. Quæ forsitan lex cum mino-
ri literarum periculo conjuncta fuisset, si
ab earum professione Monachi abstinuis-
sent. Simul ac autem Pontificio decreto
copiam publice docendi nacti erant, cum
non deposuissent internecinum odium in
politiora studia, actum de omni humani-
tatis splendore & jam conclamatum erat.
Proh quanta tunc insolentia cathedras pu-
blicas involabant, quando Pontificis ut
Apollinis cæstro perciti non amplecteban-
tur Musas sed manus per vim injiciebant
castis virginibus. *Reliqui, dicebant, cæci
sunt,*

sunt, & duces cæcorum, ad nos accedite, qui novimus lepram a lepra distinguere quibus ardua, quibus difficilia, quibus DEI secreta patuerunt. Nobis confitemini imperterriti, quibus tanta, ut jam videtis & auditis, concessa est potestas. refert Matth. Paris. ad A. M. CCXLVI. Quanta autem tum crudelitate usi in eradicandis omnis veritatis & sapientiæ seminibus, cum inquisitionis officium *ob negligentiam Episcoporum* (V. Nic. Eymerich. direct. Inquisit. p. 3. n. 129.) ipsis demandatum esset, & iudex omnium constitueretur Dominicus, qui Matri quoque uterum gestanti per quietem visus est *totius orbis incendiarius.* Vincent Spec. hist. l. 29. c. 94. & ignorantia Præceptor Franciscus, qui diris devoverat atque etiam enecuerat discipulos suos sapientiæ professores, ut infra audiemus. Quod autem Inquisitores illi Monachi non Papæ tantum censores ferro ac flamma uli sint, sed etiam in illos, qui ab ipsorum nugis & argutiis Scholasticis & Sophisticis dissidebant, lanienam protulerint, vel ex unica Vallæ historia patet, quam ipse consignavit in calumnia Theologica, ubi pluribus recenset, quam impro-

H

bus

bus & iniquus visus fuerit quibusdam, quod Abgari historiam rejiceret, & cum Franciscanum quendam, qui pro concione Symbolum secundum frustorum auctores singulos Apostolos distinxerat, multis rationibus correxisset, in iudicium ab Archiepiscopi vicario vocatus sit. Ubi pervenio, inquit, offendo aliquot Pontifices & Phariseos, confident illi, ego cum corona sto, jam tum suspicans, non esse illam legitimam disputationem. Ibi frater quidam Prædicatorum, quem aiebant Inquisitorem, percontatur, quid de simbolo sentirem, ab Apostolis ne conditum annon? Ego, me sentire non ab Apostolis, sed a Synodo Nicæna conditum. Nam quomodo secus! Ille imo istud sentire hæreticum esse. Ego affirmare me id multis rationibus esse probaturum. Ille non eum disputandi, sed abnegandi esse locum. Hac dicens profert Epistolam meam, qua me impugnare decreta aiebat. Si in ea perstarem sententia, se pro hæretico me damnaturos. Ibi ego, ut omni turba me extricaret, inquam, de his idem sentio, quod Mater Ecclesia. Revoca, inquit ille &c. Post multas alias injurias quesitum tandem quoque est, quid de decem prædicamentis sentirem? Etiamne decem prædicamenta, inquam, ad fidem pertinent tanquam decem præcepta legis? Ad hoc cum ceteri (adstantes) murmurassent, indecens esse de Dialecticis dogmatibus veluti de articulis fidei queri.

Quidni,

Quidni, inquit, an non ad fidem ista pertineant? an ignoratis illo Dialecticorum dogmate, quod iste in suis disputandis questionibus proposuerat, de sensu diviso & composito maximas in Theologia res explicari ac resolvi solere? Et cum ei quidam assentirentur: Age inquam, etsi ista Mater ecclesia ignorat, tamen idem de ipsis credo, quod Mater Ecclesia. Tam studiose cavebant hi AntiChristi apparitores, ne aliquando elegantioris literaturæ radii umbras superstitionum depellerent, & si qui ab orco in lucem reducere literas studerent, hos AntiChristo thura adolere criminabantur, vitæque exhæredes faciebant. Unicum hic Erasmus adducam, qui de Lutheranarum disputationum initiis ita in Epistola ad Saxoniam Ducem Io. Fridericum. Prodiere nuper aliquot lucubrationes Martini Lutheri, & continuo sacra apud populum conciones, Scholæ, conciliabula, convivia nihil aliud crepabant, quam hæreses & AntiChristos. Atque huic tam odioso negotio præsertim apud mulierculas & indoctam plebeculam miscuerunt homines callidi, triam literarum, eloquentiæ politiorisque literaturæ mentionem, quasi aut Lutherus his præsidii fideret, aut ex hisce fontibus hæreses nascerentur. conf. his ea quæ c. 5. de barbarie dicemus & Agripp. van. scient. cap. 96. quo de arte inquisito-

rum agit. Itaque cum res ipsa loquatur, pluribus verbis opus haud erit de insana hominum istorum temeritate & humanitatis odio perorare. Concludimus hæc Monachorum in corruptelis scientiarum ministeria Confessione Langii Monachi Citizen. Chron. p. 760. (inter Scriptores rerum Germ. tom. Pistor. uno) qui ita de fratribus suis quæritur: *Nos priscis, probatissimis & sanctissimis Monachis nec conversatione, neque doctrina pares sumus, namque*

*Dum factor rerum privaret flamine clerum,
Ad Satanae votum successit turba nepotum.*

De Episcoporum culpa in jactura omnis divinæ atque humanæ scientiæ esset quoque hoc loco dicendum prolixius, nisi ubivis pene apud omnes Autores longa serie eorum censuræ legerentur, quod vel otio & voluptatibus diffuerent, aut neglecta Sacrorum & Philosophiæ cum iis conjuncta cura, Veneris castra & grave Martis opus sectarentur. Id tantum hoc loco non omittendum esse duco, inter primas officii ipsorum partes antiquitus fuisse, curam gerere Scholarum eaque sapientiæ instituta proponere, quæ vitam beatiorē reddere possent.

possent. Nullam autem potuisse esse Scholasticorum temporibus curam aut ornatum aut Magisterium disciplinarum, quo *Scholares pueri & impuberes adolescentuli ob sanguinis dignitatem promovebantur ad scholasticas dignitates, & sub ferula transferebantur ad principandum presbyteris*, queritur Bernardus Epist. 42. Cujus calculo addere sexcentos aliorum possemus, si luberet in hanc rem testes demittere. Πολλῶν ἀντάξι & ἄλλων confitens Cardinalium coetus in consilio emendandæ Ecclesiæ Paulo III. exhibito. Ita illi: *Primus abusus est ordinatio Clericorum, & presertim Presbyterorum, in qua nulla adhibetur cura, nulla adhibetur diligentia, quod passim quicumque sint imperitissimi, sint vilissimo genere orti, sint malis moribus ornati, sint adolescentes, admittuntur ad ordines sacros, & maxime ad presbyteratum, ad characterem inquam Christum maxime exprimentem, hinc innumera scandala, hinc contemptus ordinis Ecclesiastici, hinc divini cultus veneratio non tantum diminuta, sed etiam prope jam extincta.* Conf. Onus Ecclesiæ c. 20. de Excessibus Episcoporum, ubi innumera ejusmodi querimoniarum occurrunt.

H 3

(3.) Non

(3.) Non tamen in hac vel Monachorum vel Episcoporum ignavia subsistendum, ut credamus propria sponte & quadam temeritate volentes scientesque omnes hocce Scholasticorum filios manus admovisse diruendis sapientiæ sacrariis, & adytis musarum polluendis, cum & in seculorum infelicitate seu publica calamitate culpa quædam resideat, quam non prætexere, sed conjungere vitio hominum jure meritoque poterimus. Consideret nunc aliquis istam temporis faciem, quæ florentissimum Occidentale Imperium in numeris Vandalorum, Gothorum Hunnorumque, agminibus circumfusum, barbaris tandem victas manus dabat; subjiciat quoque animo feralem toti Orienti & florentissimis Europæ provinciis illum Saracenorum dominatum, & quæ tunc Musarum istos inter continuos Martis tumultus aeyonia fuerint facile perspiciet. Quis crederet narranti, nisi Procopius fidem faceret, illam mundi Dominam ac Musarum alumnam Romam adeo sedibus suis everfam, ut vix rudera domicilium præbuerint parvo militum præsidio; Quis existimaret adeo post aliquam ejus restorationem

fil-

fugisse Musas, ut nullibi vestigia earum remanerent, nisi id ipsum quoque ex Cassiodori epistolis constaret? Sic in Occidente primum cum barbarorum manu ipsa quoque invaluerat barbaries. Felicior aliqua ex parte Oriens, qui splendore literarum diutius quidem gavissus, tandem tamen & illum cum Dominis mutavit; licet etiam ob dissidium & ignaviam Cæsarum euripi in modum sursum ac deorsum sæpius volvi ac revolvi studia literarum contigerit, de quo Zonaras consulendus T. 3. p. 129. Illud tamen in ista & imperii & scientiarum jactura in lucro ponendum videtur, ad eos devolutum rerum arbitrium, qui incomparabili ardore in artium liberalium studia ferebantur, Arabas scilicet, antiquitus curiosam & indagatricem abstrusorum gentem, qui in Africa atque in Hispania Musis lares sive Academias figentes, non parco stipendio sapientiæ professores allexere, & versis Aristotelis, Galeni, Ptolomæi aliorumque Scriptis, omnem quam potuerunt operam, ad artium incrementa contulerunt. De eorum studiis videri poterit Hotting. Polyhistor. Analect. Diff. VI. & Leonis Africani de script. Arabic. lati-

ne versa ab eodem Hottingero Bibl. Theolog. l. 2. c. 3. Factum tamen est, ut cum Aristotelis autoritate starent caderentve, aliorum autem Philosophorum placita & historias ignorarent, veritatem, quam extractam soli ostendere obnixè studebant, puteo & tenebris altius demerserint. Huc accessit, quod non in Græcos authenticos, sed Latinos codices inciderint, si Vivi credimus, & averso ab aliis linguæ Arabicæ genio, alieniorem ab authenticis sensum expresserint. Unde & Averroes & Avicenna, etsi omnem ornandæ Philosophiæ curam impendebant, studia tamen sua posteris probare nequiverunt. De Averroes

Vives corrupt. art. l. 5. p. 179. cum primum de Aristotele nimium quantum detraxisset.

Averroes Commentatoris nomen nactus est, homo qui in Aristotele enarrando nihil minus explicat, quam cum ipsum, quem suscipit declarandum. Sed nec potuisset explicare, etiamsi divino fuisset ingenio, cum esset humano, Et quidem intra mediocritatem. Nam quid tandem afferebat, quo in Aristotele enarrando posset esse probe instructus? Non cognitionem veteris memoria, non scientiam placitorum prisca disci-

pli-

plina, & intelligentiam sectarum, quibus Aristoteles passim scætet. Itaque videbis eum pessime Philosophos omnes antiquos citare, ut qui nullum unquam legerit, ignarus Grecitatis ac Latinitatis, pro Polo Ptolomæum ponit, pro Protagora Pythagoram, pro Cratylo Democritum, libros Platonis titulis ridiculis inscribit, & ita de iis loquitur, ut vel cæco perspicuum sit, literam in iis legisse nullam. At quam confidenter audet pronunciare, hoc aut illud ab eis dici, & quod impudentius est, non dici, cum solos videret Alexandrum, Themistium, & Nicolaum Damascenum, & hos, ut apparet, versos in Arabicum peruersissime ac corruptissime. Citat enim eos nonnumquam, & cum iis rixatur, ut nec ipse quidem, qui scripsit intelligat. Aristotelem vero quomodo legit, non in sua origine purum & integrum, at in lacunam latinam derivatum, non enim potuit linguarum expertus, sed de Latino in Arabicum transfusum. In qua transfusione ex Grecis bonis facta sunt Latina non bona, ex Latinis vero malis Arabice pessima. De Avicenna pariter Coelius Rhodig. antiq. lect. 2. c. 2. Avicenna Arabum idiomate imbutus cum Græcæ literaturæ ne apices quidem imbibisset, Aristoteles

libros

libros in barbarum sonum non translatos
 quidem sed mutilatos, decurtatos perver-
 sosque cum lectitarct, in iis qua altioris sunt
 scientia & interioris sensus autorem emi-
 nentissimum studio brevitatis ita saepe con-
 cisum, ut sensuum acumina sudantes Phi-
 losophos distineant diu multumque minus
 minusque consequi valuit. Cum autem
 tam brevibus gyris hæc Arabum sapientia
 comprehenderetur, & unicus Aristoteles
 contentionum mare vel attolleret vel se-
 daret iterum, in eam Philosophiæ partem
 potissimum incubuere, quam Plato Λογι-
 κήν sive Διαλεκτικήν; Aristoteles Metaphy-
 sicam & Logicam appellabat, neque tamen
 Platonicos secuti, in ipsa rerum principia
 ultra sensibilem naturam inquisiverunt,
 sed Aristotelis vestigiis inhærentes, tantas
 verborum distinctiones cumularunt, ut in
 neglectu rerum tantum studiosi fuisse cer-
 nerentur. Unde & ipsי בעלי הכמת
 ׀ periti seu Domini sapientiæ
 verborum, (uti videre est ex S. Cosri p. 359.
 ed. Buxt.) passim autem ׀ מרברים
 apud Majmonidem aliosque vocari solent, quos
 vulgo Loquentes faciunt, mihi autem
 significantius per Rationales exponi posse
 vi-

videntur, cum sic & homo per **אין מדבר** animal sc. rationale definiatur. Majm. Mor. Nevoch. l. 1. c. 15. **Quænam autem Rationalium horum Philosophorum doctrina sive professio fuerit, videre est apud eundem p. 1. c. 71. Loquentes omnes initio & Græci & Christiani & Musulmanni non attenderunt rei existentis rationem manifestam, neque principia ejus, sed id tantum spectarunt, quomodo res esse deberet initio comparata, ut huic confirmanda sententia inserviret, aut eam non destrueret. Porro cum conatus isti (prop. Phantasmata) succederent, lege quasi constituerunt, rem ita se habere. Subjungit mox judicium. Ad hæc omnia in genere tibi dico, rem omnino habere, sicut dixit Themistius. Natura rerum non sequitur opiniones hominum, sed opiniones hominum debent sequi naturam rerum, prout ex Arabi vertit Hottinger. Hist. Orient. l. 2. c. 7. p. 562. Concordant hæc quæ de Loquentibus Mohammedanorum & eorum Theologia scholastica Alcalam, ex AlGazalio & AlSharestanio Pocockius commentatur ad AbulFaraji. pag. 194. & seq. Sic autem AlSharestan Arabs. *Speciem scientiæ* (loquitur de Motazalis**

| Ara-

Arabibus) peculiarem constituerunt, quam scientiam Alcalam nuncuparunt, vel quod precipua, de qua apud eos controvertitur, questio sit illa de Sermone. Alcalam autem Arabibus Loquelam notat: AlGazaleandem definit ita, *Alcalam est scientia fundamentorum legalium, quae ad articulos fidei pertinent, quae per demonstrationes certas acquiruntur.* Unde Theologiam Scholasticam Arabum non immerito Cl. Pocockius plane hybridam vocat ex disquisitionibus, Logicis, Metaphysicis, Theologicis & Philosophicis conflatam. Quam vero haec naturalis Theologia adversata fuerit Mohammedanismo apud eundem ulterius videri potest. Ex hac autem philosophandi ratione tria potissimum consecuta, ut scilicet omnia terminis & confictis notionibus suis involverent, tum quoque certis his consequentiis & principiis quolibet demonstrarent, deinde vero hac rationum trutina in utramque partem res ipsas expenderent. De terminorum ac notionum artificiis ita R. Sam. Thybbon in expositione vocum difficiliorum libri More Nevo מרברים est nomen certa cuiusdam sectae Philosophorum sciolorum, qui de

de rebus statuunt non secundum intellectum
 neque secundum earum naturam, sed secun-
 dum imaginationem & phantasiam suam,
 & confundunt homines multitudine ver-
 borum & rationibus speciosis, quæ nullam
 habent veritatem. Unde eorum ars vocatur
 חכמת הרברים *Sapientia verborum*, qua-
 si dicas, eam non esse intellectualem seu cum
 intellectu congruentem. De consequen-
 tiarum & ratiocinandi artificio ita in Seph.
 Cosr. p. 1. §. 16. p. 360. cum de Sapientia
 Loquentium differuisset: אין בזה תועלת
 אלת החרוד ברברים והעזר על מה שנאמר
 הוי זהיר במה שתשיב ארץ אפיקורוס
*Illius nulla est utilitas præter acumen verbo-
 rum & terminorum, & aliquid adjumenti
 ad id, quod dicitur. Esto monitus ut discas
 legem, ut habeas quod respondeas Epicuro.
 Nam sapiens perfectus, quales ex. gr. fue-
 runt Propheta, non multum possunt prodesse
 homini, neque etiam respondebant dissen-
 tienti per terminos Disputatorios aut Logi-
 cos: & post alia. Fieri potest, ut sapientia
 illa verborum seu terminorum multa cre-
 denda vera corrumpat & perdat, partim
 ex dubiis, quæ ipsi hinc de iis incidunt (& ex
 quibus se extricare non potest) partim ex
 sen-*

sententiis aliunde translatis & desumptis (quæ ipsi etiam scrupulos movent.) De scepticismo autem eorundem & vanis in utramque partem disputationibus, ita Rambam cap. 72. sermonem finit. *Cam vero considerassem, & libros Loquentium (Rationalium) perlegissem, quemadmodum studiose quoque & pro virili scrutatus sum libros Philosophorum, inveni omnium ipsorum, Ration. scilicet, unicam speciem, partibus tantum distinctam. Principale enim fundamentum omnium est, nullam certam cognitionem rerum haberi posse, quod scilicet hoc vel illo modo se habeant, eo quod in intellectu contrarium semper esse & cogitari possit.* Hactenus Majmonides. Quis jam non videt in eodem cum Sophistis hisce Arabibus ludo edoctos Scholasticos, ubi similem plane utrorumque philosophandi methodum contulerit. Quicquid enim sapere Scholastici, illud omne Arabibus acceptum tulere. Unde Scaliger Ep. 362. (qua de Arabum literatura agit) inter cœtera. *Profecto quicquid Latini scripserunt, postquam illos inscitie suæ monuit Arabum industria, id totum Arabibus acceptum debent, Philosophiam & Medicinam*

cinam & Mathematica. Nam nullum Græcum scriptorem habuerunt, quem non in Arabicam linguam prius, deinde ex Arabica in Latinam translatum legerint. Donec capta Constantinopoli exules Græci nos relictis lacunis ad ipsos fontes convertere docuerunt. Conf. & Selden. comm. in Euty. Orig. p. 155. Consentiant hisce Historicorum annales. Memorat siquidem Balæus aliquot in locis de Anglis, quas ipsi ex Arabum scriniis opes in nostrum orbem advexerint, & de Athelardo, qui sec. X. vixit, Guil. Malmesbur. lib. 2. cap. 10. De Germanis autem Aventinus Ann. Boj. lib. 7. p. 670. ed. Ingolst. Fridericus II. libros Aristotelis omnes, pleraque alia in sacris & profanis literis, universam suppellectilem Philosophia (quam, ut ait Albertus Magnus, inopia lingua latina a divitiis aliarum linguarum emendicare cogitur) ex Græco, (in quo a cæteris dissentit) atque Arabico sermone per Interpretes doctissimos vertendam curavit, Athenais legendam exhibuit. Quibus rebus se a teneris unguiculis delectatum fuisse profitetur. Interpretem autem seu potius pararium Scriptorum istorum designat nobis Radevicus 2. de gestis Frid. cap. 11. Othonem scil. Frisingensem, quem

quem dicit *Philosophicorum & Aristotelicorum librorum subtilitatem in Topicis, Analyticis atque Elenchis fere primum nostris finibus apportavisse.* In ista vero Arabum Philosophorum scripta & Aristotelicas versiones *avide profecto involarunt ejus ætatis ingenia, quæ maximam partem in monasteriis erudiebantur, & Ordinibus nomina dederant.* Jam enim studia in Collegiis Canonico-
rum, quibus olim erant credita, defecerant. *Quantum igitur ex interpretatione scabra atque hiulca intelligerent atque assequerentur, operam dabant.* Verba sunt Calixti Appar. Theolog. de stat. & stud. Doct. Ecclesiast. pag. 138. Hic vero notandum ne inter se historici committantur, Caroli M. ætate jam versos ex Arabicis Aristotelicorum librorum aliquot, ut ex Trithemio ad ann. 840. constat. Postmodum vero Othonem Frisingensem reliquos ex Hispaniis & potissimos interpretum Arabicorum, sumptibus haud parvis ex Hispaniis curavisse apportandos, cumque generis & opum gloria floreret, siquidem Henrici V. Imper. ex filia nepos & inter præcipuos Conradi Suevi & Frederici I. Consiliarios eminebat, eosdem verti, & in Scholis prælegi jussisse. Conferri poterunt quæ supr. c. 2. s. 2. monuimus. Unde quam vere Arabum Philosophos Scholasticorum Patriarchas cum Golio Arabicæ literaturæ in Belgio restauratore sat inclyto (Orat. de Arab. lit.) indigitare possumus, satis superque elucescit. CAP.

CAP. IV.

DE HISCE QUÆ CORRVPTELAS
SCHOLASTICAS CONSECUTA
SVNT, EISDEMQVE PRIORA
FVERE.

1. Scepticismus s. dubitationes de omnibus, & modus disputandi in utramque partem. Etiam de Dei existentia & divinis. Sic Fides eversa & Atheismo porta aperta fuit. In Scholis Pontificiis Professores Atheismum docuere, connivente Pontifice. A Scholasticis ortos Atheos, & a capite Ecclesiæ Pontificiæ Pontifice sc. in membra derivatum Epicureismum, Papalium confessione docetur.
2. Omnium disciplinarum obscuratio ex terminis horridis & imperceptibilibus tum quoque studio ubivis sophisticandi.
3. Curiositas in illis quæ humana ratione indagari nequeunt. Omnem mysteriorum fidei modum quæ siverunt Scholastici. Correperunt Apostolum. Simplicitatem sustulisse, inque pestiferos errores incidisse testimoniis domesticorum comprobatur. Supera pariter & infera scrutati, deque mysteriis fidei philosophati in gentilium castra transferunt.
4. Studium nugarum. Absurdarum quæstionum autores Scholastici. Item & ridicularum. Exempla earum. De mure, qui hostiam comedit, controversia tangitur. Specimina impiarum simul & ineptissimarum disquisitionum.
5. Neglectio & contemptus sacrarum literarum, ad Pontificum placita fidei dogmata formasse Scholasticos Bonifacius fatetur. Corruptæ religionis & doctrinæ sacræ rei peraguntur Scholastici piorum sententiis ex omni seculorum memoria.

ria. Anti Christianismi a suis iidem convincuntur. Romæ nemo sacras literas didicit. Traditionum pernoscendarum studiosi omnes. Seniores quidam Scholasticorum nec viderunt nec legerunt S. Biblia.

6. Prædicatio nugarum ex suggestu. Querelæ piorum & confessiones de perversa concionum methodo. Specimina

concionum. Scholasticæ expositiones sacrarum literarum quotuplices? Exempla earum. Num sectio Evangeliorum in pericopas & certarum pericoparum prælectio, quæ adhuc orthodoxis in usu est, ad corruptelas Scholasticorum referenda? Contra Sixtinum ab Amama ea vindicantur. Versio Bibliorum a Carolo M. procurata.

(I.)

Superiori capite Scholasticarum corruptelarum fontem, in dictatura Pontificum consideravimus, nunc ad rivulos ex hoc vitiorum fonte fluentes accedemus. Quod omnis tandem Rationalium seu Loquentium Philosophorum artificium in eo occupetur, ut in utramq; partem disputare possint, luculentum nobis testimonium superius Majmonides perhibuit. Si idem quoque Scholasticorum aliquot institutum dixerim, & doctrinæ eorum complementum, a vero neutiquam cum Viris doctissimis aberrabo. Notam hanc Scepticismi superius quoque sine cap. I. Scholasticis, nec sine ratione, inuissimus, nunc evi-

den-

dentius eandem declaraturi, idque non nostra, sed sapientiorum autoritate & quoque domesticorum confessionibus. Quantum Scholastici dogmata sua probando, atque iterum contrariis rationibus eadem convellendo insaniant, cuius manifestum. Quantum etiam in accuratis nugis & argutandi arte confisi, ut tribus instructi syllogismis incunctanter auderent quavis de re cum quovis manum conferere, pertinacia invicti etsi Stentor opponeretur: Erasmus loquitur (Mor. enc. p. 175.) Et testis nobis sufficiet unicus Scotus. Qui dum sapius suum illud nugarum dolium cum Diogene ἀνω ἡγῆ κατω volvit, & utrinque rationes coacervat, lectoribus permittit, in quamcunque velint descendere sententiam. *Si in banc, inquit, ita respondeo contrariis argumentis; Sin vero in illam, babes & hic, quod ad contraria argumenta respondeas.* Quin imo constitutum in dubiorum illorum salebris lectorem perfide nonnunquam deserit. *Et quare, inquit, solutionem, Respondeat qui potest, quid certi?* Quis ergo non videt, eo in Scholastica arena tandem deventum esse, ut de mysteriorum pariter ac naturalium

rerum notitia dubitaretur. Inficiari id nequit, ideoque aperte confitetur Melch. Canus l. 8. LL. C. c. 51. *Ita inquit, disse- runt Scholastici. ut nihil fuisse velle videan- tur. Lege Magistrum, D. Thomam, Bona- venturam Ricardum, Paludanum, Duran- dum, ceterosque Schola Theologos. At ni- si statim eorum pendentes ac vacillantes animos deprehenderis, tum vero me aut stultum aut temerarium iudicato.* Sed ex- empla videbimus scepticis hisce Scho- lasticorum exercitationibus ad despe- rationis scopulos redactorum aut et- iam in Atheismi barathrum prolapsor- um. Ita Erasmus ratione Veræ Theol. f. 84. *Sape numero fit, ut omnia curiose magis quam pie investiganti quaedam ratio- nes occurrant, quæ nonnihil convellunt ac labefactant fundamentum & fidei robur. Ipse aliquos novi, qui se fatebantur ex ar- gutiis Scoti, quibus tractat argumentum Eucharistia, eo perductos esse, ut prorsus animo vacillarent, vixque eam hesitatio- nem potuisse excutere.* En quo subtilitas Scholasticos perduxit miseros! Sic quo- que Matthæus Paris. Simonem Thurnaium introducit jactitantem. *Totum se scire Christi evangelium, & improbando posse illud*

illud annihilare. Fuisse autem Virum illum scholasticorum celeberrimum, & cum plus aequo sua gloriaretur doctrina, repente literas ita oblitum, ut rudissimus penitus sit effectus, commemorat Polydor. Verg. l. 15. fin. conf. Balæum Cent. 3. Nec unicus tantum hic notandus Diagoras, sed integra Scholasticorum Oxoniensium Academia, quæ maximis rixis olim disquisivit, an etiam DEUS esset. Dubitarem referre, nisi memoriæ proditum a monacho fuisset. Sic enim in Chron. Citizenſi Lang. p. m. 305. *Agnellus Vir humilis ac beatae vitae, cum & ipse studium in Oxoniensi conventu instituiſſet, & post tempus modicum cum audiviſſet ſemel inter ſe clamorose diſputantes, utrum iſta ſit vera: DEUS eſt. Zelo accenſus & multum turbatus ait. Heu me! Simples & illiterati ad DEUM rapiuntur, & iſti literati DEUM eſſe ponunt in quaſtione, & exin ſtudium revocavit.* Vidit quoque has perverſas Scholæ Pontificiæ de divinis dubitationes Poſtellus; idcirco cum de iniquitate Juris Canonici & Sanctorum Papalium multa animoſe ſatis diſſeruiſſet ſubiniſit (libro 3. de Concord. Orbis c. 1. p. 263.) *Fuiſſet id quidem tolerabilius, ſi ad publicam tantum rerum*

administrationem ea opinionum varietas pervasisset, at fundamentum etiam ipsum petit. In utramque partem disceptari de divinis rebus ceptum, de quibus rebus ambigere nefas, ut par occasio curvis quodvis definiendi facta esse cernatur, si semel quis rationem humanam auctoritati divine preferat. Cesset nunc mirari Mersennus quæst. in Genes. p. 671. tantam Parisiis in Scholasticorum iustro, atheorum multitudinem, ut ad quinquaginta milia numerus excreverit, & quidem eo impietatis progressam reperiri, ut publice argumentis audeant negare, DEUM esse; Scholasticorum enim sub signo militarunt. Sed & ipse Mersennus causam nobis reddat tantorum malorum, pagina namque 1830. Deus bone, inquit, quis temperet a lacrymis, dum non solum impios nobis insultantes nosque interrogantes audit, quis est Deus tuus? sed etiam illos qui Catholici esse videntur, egre ferre intelligit, quod Athei atque Deista refellantur, quod illorum arma proferantur, ut aeternum obtundantur atque comminantur. Digitum hic procul dubio intendit ad decretum illud Concilii Lateranensis Leonis X. auspiciis celebrati

brati quo sess. 8. caveretur, *ne quisquam contra animam mortalitatem differat, aut eam mortalem credat.* conf. Autor. Turco-Papismi l. i. p. 94. Quis vero crederet non tantum summos Pontificum & Cardinalium clarissimos atheismi suspicione laborasse, sed quoque Pontificum stipendiis in celeberrimis Italiae Academiis animæ mortalitatem professos Scholasticos five Philosophos, nisi Cardinalium coetus consilio de emendanda Ecclesia Paulum III. de his admoneret? Ita illi. *Abusus magnus & perniciosus est in Gymnasiis publicis, praesertim in Italia, in quibus multi Philosophia Professores impietatem docent, imo in templis fiunt disputationes impiissime, & si qua sunt pie, tractantur in eis valde irreverenter: ideo putaremus indicendum episcopis, ubi sunt publica Gymnasia, ne docerent adolescentes impietatem.* En Episcopos Scholarum inspectores atheismi reos! quis ergo in Scholasticis impietates miretur, quibus tanti patroni contigerunt. Hi enim Athei, ut Petrus Matthæus ait, l. 7. narr. 2. §. 4. (ubi de Libertinis in Italia agit) *Quo propiores Pontifici eo minus fulmen Vaticanum curant.*

136 Cap. IV. De iis quæ corruptelas

Hosce autem in Italia atheismi magistros omnes a scholasticis qui sacris literis Aristotelem præposuere informatos fuisse aperte ac prolixè satis Campanell. docet q. 1. p. 20. de gentilismo non retinendo, ubi ex eorum ludo Vaninum, Pomponatium & autorem libri de tribus impostoribus producit. Illud vero apprimè memorandum Cardinalem Bidontinum, publica oratione, a qua auspiciùm concilii Tridentini cœpit, tam claris verbis proloqui totam vitio Pontificum & Episcoporum Ecclesiam ad Atheismum Epicureismum degenerasse. Sic namque a capite ecclesiæ Papa atheismum in omnia membra suæ videlicet ecclesiæ derivatum ingenuè fatetur. *Dum ab iis, quos tanquam vivas & animatas leges sequi oportuerat, vitium & ignorantia virtutis & doctrinæ loco summis extolluntur honoribus, effecerunt tandem, ut edificatio in destructionem, exemplum in scandalum, mos in corruptelam, custodia legum in contemptum, severitas in relaxationem, misericordia in impunitatem, pietas in fucum & hypocrisin, predicatio in conventionem & rixam, festum in surpissimum mercatum*

(GRABE

(grave hoc est ut uno verbo dicam) vite odor in mortis odorem infelicissime commigraverit. Quid mirum, si inde & dispersa sunt oves, & erraverunt in cunctis montibus & agris, & potentiores quidem ab auctoritate in dominium, a dominio in tyrannidem, a jure in injuriam, a Sceptro in virgam ferream, a DEI cultu ad impietatem, a tutela Ecclesia ad internecionem, a modo ad libidinem, a ratione ad nutum, a tributis ad importabilia onera, a pace ad bella crudelia, a simplicitate ad dolos, a prudentia ad malitiam, a liberalitate ad luxum, a parsimonia ad avaritiam, ab ornatu ad pompam, ab obedientia ad apertam rebellionem conversa sunt? Utinam non a religione ad superstitionem, a fide ad infidelitatem, a Christo ad Anti-Christum, quin a DEO ad Epicurum, vel ad Pythagoram, velut prorsus unanimes declinassent, dicentes in corde impio, & in ore impudico: non est DEUS, neque jam diu fuit Pastor, qui requireret, Patres: non fuit inquam qui requireret: quia omnes, que sua sunt, querebant, que Jesu Christi, ne unus quidem. Quam patulæ aures patrum fuerint huic veritatis præco-

nio; id ipsum ex Historia Concilii Tridentini P. Suavis Polani videre est. Expresserat autem copia hac verborum Legatus hicce simplicem ac apertam confessionem, quam ediderat Paulus III. In Comit. Norimb. quando ait : *Scimus in hac sancta sede abominanda fuisse, omnia in peruersum mutata, nec mirum si a gritudine a capite in membra, a summis Pontificibus in alios inferiores descenderit. Omnes nos declinavimus, nec fuit jam diu qui faceret bonum, non fuit usque ad unum.*

(2.) Accedemus nunc ad diversa Scholasticarum quæstionum genera, quibus veritatem non modo non illustrarunt, sed plusquam cimмериis tenebris involverunt. In ista vero quæstionum caligine notionum Chimærae occurrunt ubivis, adeo quidem terribiles, ut vel Hercules hæc Strigum occurfacula & Oedipus ut ignotas Sphinges horrescat. Tam serio autem incognitis hisce monstris ludunt, ut pueri silenis aut fabis, in quibus nescio quas rimantur figuras. Et hi ipsorum termini & notiones sunt velut cothurni, quibus omnia induunt, ut possint in tam gravibus *καταρκαυωδιαις*, His digitis cœlum

coelum ipsum metiuntur, & supera pariter ac infera omnia se posse monstrare gloriantur. Planum quippe sermonem spernunt, & ubi hæcce crepant notionum in pelvi fulmina, non tam homines, quam Dii videri volunt, ita verbis novas rerum creant formas, & tam accurate etiam minutissima abstrahunt, præcidunt, distinguunt, ut præ nimia tenuitate & subtilitate in atomos tandem omnia ac ventos abeant, tunc autem videri volunt exacte demonstrasse. Hoc cacoëthes Volateranus in Religiosis sui ævi i. e. Scholasticis gravissime reprehendit, quando ita l. 37. Urbanor. pag. 1141. *Neoterici multo ambitiosius Dialecticam involueris & enigmatibus post distorserunt, ut jam Spbinge opus sit ad artem Raimundi. Sed & hæc contagio nostros jam dudum infecit Religiosos, & in eorum conciliabulis ac disputationibus is maxime prodehitur, qui ceteris clamorifer atque arrogantior videtur, tum maxime sapere, si portentosis nominibus & cæno Commentariorum depromptis, quam minime ab aliis intelligatur. Gravissime eandem Scholasticorum, sapientiam occultandi atque obnubilandi, methodum*

ob

140 Cap. IV. De iis quæ corruptelas

ob oculos ponit Joh. Fr. Picus, quando ita ad Joh. Thomam filium l. IV. Epist. antepenult. scribit. *Erratur hoc temporis plurimum consuetudine prava: quod & pessimi coluntur Duces; nec sunt qui senticosos & plenos vepribus calles perpurgare moliantur. Quotus enim quisque non pavore consternetur, non horrore diffugiat, si primum in Scholas aditum ferens audiat: Terminus est signum orationis constitutum, ut pars propinqua ejusdem: quis etiam valentior aliquanto progressus non remoretur modo, sed & pedem referat, cum terminorum suppositiones vel de longinquo subodoraverit: sed & illud discen- tibus, & quidem eximium in commodum obvenit; dum Aristotelis organum aggressuri sunt, & primo quasi in limine offendunt excogitatas a neoter- ricis inexplicabiles questiones, dixerim an amba- ges. A quibus cum Porphyrius Dialectices Isa- gogen scribens ex professo abstinerit, ipsi de in- dustria ante fores inculcant. Sophismata Bri- tannica taceo, quæ sunt hominum sæpe inversa judicia, veris & solidis Aristotelis Philosophi præ- ceptis præponuntur. His ipsis impedimentis sæ- penumero contingit, ut multorum annorum dispen- dium patiantur Jvenes, nec laboris etiam sui fructum nisi sero promant, & marcentem verius quam oportunum.*

(3.) Careret equidem id sapiendi stu-
dium insigniori aliquo periculo, nisi Icaris
hisce

hiscæ regularum ac notionum suarum
pennis in Solem ipsum & sacra ferrentur.

De Curiosulis Theocritus:

Πάντα γυναῖκες ἴσταντι, καὶ ὡς Ζεὺς ἠγά-
γεθ' ἤσαν

Omnia norunt mulieres & quomodo
Jupiter duxerit Junonem.

Et quid hæ Scholasticæ anus in divinis non
audent determinare & ex ratione disce-
ptare. Audiamus Erasmus Mor. Enc.
p. 177. *Arcana* inquit, *mysteria suo ex-
plicat arbitrati, qua ratione conditus ac
digestus sit Mundus, per quos canales la-
bes illa peccati in posteritatem derivata
sit, quibus modis, qua mensura, quantulo
tempore in Virginis utero sit absolutus Chri-
stus, quemadmodum in synaxi accidentia
subsistant sine domicilio.* Quantæ vero
temeritatis, quod ita non Chryssippo &
Crantore, sed ipsis Apostolis longe melius
sapientiam & arcana fidei se tradere posse
existimant! Quæ enim in sacris extant
Spiritualium definitiones, reformant,
quin & obelis nonnunquam configunt.
Quis crederet doctum in tertio cœlo Pau-
lum his sciolis non satisfacisse, nisi in ipso
Jure Canonico vapulasset eorum sub ferula
Apo-

Apostolus? Sic namque in principio decretalium Glossator asserit, *definitionem fidei à Paulo datam non esse bonam, tum quod conveniat spei, tum quod tantum loquatur de futuris.* Definivit autem Magistraliter fidem sic: *Fides est voluntaria certitudo absentium infra scientiam & supra opinionem constituta.* Quam insanam licentiam Gerhardus Listerius quoque in suis notis ad Erasmum reprehendit. Hinc recte Erasmus Mori. p. 180. *Paulus fidem prestari potuit, at cum ait: fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium, parum Magistraliter definivit. Idem ut charitatem optime prestitit, ita parum dialectice vel decidit vel finit in priore ad Corinthios Epistola, capite decimo tertio. Ac pie illi quidem consecrabant synaxin, & tamen rogati de termino a quo, & termino ad quem, de transsubstantiatione, de modo quo corpus idem sit in diversis locis; de differentia qua corpus Christi est in cælo, qua fuit in cruce, & qua in sacramento synaxeos, quo puncto fiat transsubstantiatio, cum oratio, per quam ea fit, ut quantitas discreta, sit in fluxu; non pari, sicut opinor respondiſſem*

acu-

acumine, quo Scotida differunt haec ac definiunt. Noverant illi Jesu Matrem, sed quis ortum tam philosophice demonstravit, quomodo fuerit ab Adama macula praeservata, quam nostri Theologi. Baptisabant illi passim, nec characteris delebilis & indelebilis apud hos ulla mentio. Adorabant quidem illi, sed in Spiritu, nihil aliud sequentes quam illud Evangelium, Spiritus est DEUS, & eos qui adorant eum; in Spiritu & veritate oportet adorare. Verum haud apparet, eis tum fuisse revelatum, una eademque adoratione adorandam imagunculam carbone delineatam in pariete & Christum ipsum, si modo duobus sit prorectis digitis, intonsa coma, & in Umbone, qui adhaeret occipitio, tres habeat notas. Identidem inculcant Apostoli gratiam, at iidem nusquam distinguunt inter gratiam gratis datam, & gratiam gratificantem. Passim inculcant charitatem, nec discernunt infusam ab acquisita, ne explicant, accidens ne sit an substantia, creata res, an increata. Detestantur peccatum, at emoriar, si potuerunt scientificè definire, quid sit illud, quod peccatum vocamus, nisi ferme Scotistarum Spiritu fuerint edocti. Nec enim adduci possum, ut credam Paulum, e cuius unius definitione licet omnes aestimare, toties damnaturum fuisse quaestiones, disceptationes, genealogias, & ut ipse vocat, λογωμαχίας, si eas percalluisset argutias; praesertim cum omnes illius temporis contentiones pugnaeque rusticae fuerint & crasse, sicum Magistrorum

strorum nostrorum Chrysippeus subtilitatibus conferantur. Hactenus Erasmus. Prætexere autem hisce argutiarum & subtilitatum telis studium ἀκριβείας possent, nisi minutiis earum Theologiæ robur fregissent, perinde uti Sophistæ iudice Seneca, scientiarum robur minutiis verborum: Imo nisi enormibus hisce maculis claram Theologiæ faciem plane defœdassent. Audiamus ex ipsorum Papalium cohorte Vivem, sic ipsos de corrupt. art. l. 3. Hæreseos insimulantem. Ad divina transgressi Scholasticus puero in Schola ac nuganti de syllogismis divinis in manus dederunt rem arduam & periculosam. Ibi tam confidenter distribuunt singularizant, particularizant, complete, incomplete quasi de pomo aliquo esset sermo, & dum volunt rem humanæ ingenia superantem in pueriles formulas redigere, in multa incidunt absurda & impia, quæ tamen consuetudo inter illos effecit levia: tres esse DEOS, tres essentias divinas, Filium esse Patrem & non Patrem, & alia, quæ aures abhorrent audire. Albertum Vivi testem adjungemus auctorem Oneris Ecclesiæ C 18. §. II. qui Ecclesiæ suæ nævos sic satis depinxit. Ita ille: hodie doctrina Scholastica docet linguam suam loqui mendacium, quod execratur Dominus in Propheta dicens: Aufer a me tumultum carmi-

num tuorum, & cantica lyra tua non audiam. Sed moderni Scholastici doctrinam Aristotelis aliorumque gentilium, inconvenientius per religiosos manifeste tradendam in culmine cathedrarum proponunt. Pagani autem normam Evangelicam destruere queunt, ideo Diabolus instigat & involvit doctrinam Christianorum paganis autoritatibus fulciri, ac principiis fidei dogmata gentilium commisceri: ut tandem veritas Evangelica per Sophisticos dolos e medio suffletur. Quamvis Sophista jactant se Evangelium defendere, tamen eorum dogmata tendunt ad eorum destructionem. Sicut enim olim Pontifices, Scribae & Pharisei jactaverunt, se legem defendere, qui crucifigi curarunt ipsum Legis Impletorem: sic hodie mundo sapientes asserunt, se suis argumentationibus fidei veritatem defendere, medullam vero Evangelii & perfectionem legis Christiana perversis doctrinis & sophisticis Syllogismis cruci affigunt. Egregias vero Scholasticorum laudes! qui summa fidei mysteria ἀμύητοις χερσίν tractantes, tantum de veritate illorum prava sua philosophandi ratione detraxerunt. Quod si porro cum Scholasticis ab sublimia & nostris sensibus impervia naturæ arcana, adque immaterialium & spiritualium templa ascenderimus, quæ non ibi Antisthenis placita, id est speciosas nugas mirari habemus. Quærebat olim ex divinaculis Diog-

K

genes,

genes, quamdiu cœlo exulassent? Causam certe non minus haberemus quærendi ex hisce, qua face aut viatico cœlum emensæ essent: Plura siquidem quam ipse Paulus edixit, in numerato habent: quanquam ille in tertium raptus cœlum. Sed verba ipsum defecerant in ἀρρήτοις quæ mente perceperat, exprimendis. Hi longe feliciores, queis curioso quævis lustrare oculo, imo & metiri sensibus datum fuit, namque & Christi sedem & Mariæ thronum, & quatuordecim Apostolorum, & reliqua Empyreï hypocausta tam accurate distinguere norunt, ac si diribitores eorum delecti essent. Quin & summam inire miliarium & totam cœli Empyreï latitudinem nobis enarrare audent. Neque hæc tantum piarum animarum receptacula, sed quoque castra cœlestis exercitus exactius delineant. Mithridatem ferunt tam felici memoria excelluisse, ut militum singulos suis vocaret nominibus; hi positi in terris, nec dum Angelorum contubernio sociati penitus ordines omnes ducesque prospexere, ut exactius, ac in pulvere Archimedes, omnem Angelicæ phalangis faciem exhibere possint. Sic & Adversariorum

riorum Dæmonum truces cohortes & primipilos earum, tum quoque captivarum animarum ergastula luci exhibuerunt. Ut mirum, quæ ipsis lux in inferni caligine ad quævis annotanda affulserit. Sed hunc dicendi campum alio, si DEUS annuet, tempore ingrediemur. Quod si ea, quæ sibi ex cœlitum Regionibus eruenda sumptulerunt, ita comparata sunt, ut regulas ipsorum dialectices transcendant, atque omne in illis notionum instrumentum deficiat, ad lamenta protinus convertuntur, & non secus, ac Ægyptii Osirin, sic illi veritatem non apparentem plangunt, his quidem naniis, *res admodum difficilis est viatoribus: hoc non absque cœlesti revelatione haberi potest.* Quod si quæ somnia stultorum, aut Brigittæ revelationes aut dæmoniacæ visiones & strigum ludibria laudari possint, ilico velut e tripode pronunciant, & quidem securius ac Cabalistræ de operibus Adami in Paradiso, & tota ipsius vita, aut etiam iidem iudicant de justitia damnationis Adami ante annum vigesimum. Ad eundem quoque modum ea sub disputationis incudem revocant, de quibus nulla neque probabilis

extra sacram scripturam fides aut ratio haberi potest, ut cum de costa hominis ejusque formatione, deque Christi effuso sanguine in corpus ipsius recollecto, tremendas lites movent. De quibus consulto brevior sum, ne Scholasticorum sententias perquirendo, rima quædam pateat Lucianis nostri seculi in verbi divini acropolin invadendi. Quanto prudentior præ hac Scholasticorum turba æstimanda prisca gentilitas, cui *sanctius & reverentius visum de actis Deorum credere, quam scire*, apud Tacit. l.2. de Morib.Germ. Sed paratum habent in distinctionum pharetra telum aliquod, quo nostram de curiositate illicita sententiam oppugnant. *Duplex*, inquit Brulifer super report. in Prolog. super Doct.Seraph. in 4. sent. *est curiositas vitiosa, & vitanda, qua aliquis sic est curiosus, quod querit aliquid omnino superfluum, & de quo nulla certa responsio dari potest: Alia est curiositas virtuosa, qua quis nobilitate animi occulta inquirere non attædiatur.* Nos vero illos cum sua tam virtuosa (s. Moralistica) curiositate qua nugari non attædiantur Anticyras ire jubebimus, aut potius in Morboniam, quicumque gen-

gentilium castra hoc pacto sequuntur. Hæc enim Gentilismi culpa eos Vives onerat Comm. in Augustin. de C. D. l. 21. c. 7. *Cum totus, inquit, locus de resurrectione terminos captumque hujus nature excedat, miror Scholasticos Theologos, Thomam, Scotum, Occamum, Henricum Gandavensem, Durandum, Paludanum, de iis omnibus ex dogmatis Aristotelicis definire, & inter se pertinaciter concurrere, nature tantum argumentis armatos, ut cum querunt, an corpora resurrectura sint, ubi inferi, & alia sexcenta, omnia tam philosophice disputant, ut pateat, eos Athenis Ethnicis esse non Parisiis Christianis. Quæ Vivis sententia obelo confixa est in Codd. Expurgatoriis. Cumque sic Vives pro nobis sententiam dixerit, pedem ex hac curiosorum orchestra nunc retrahemus, Et jam de Scholasticorum ineptiis anxiiisque affaniis aliqua addemus.*

(4.) Quantæ autem molis esset, omnes hæc coacervare quæstionum quisquiliæ & pælearum cassæ, pro quibus si in auctione venirent, neque Afranius nauci daret, neque ciccum suum Plautus offerret. Quantæ quantæ enim sunt quorundam

Scholasticorum pagina, nil nisi ineptiæ & gerræ sunt germanæ. Ut vere de tali Scholasticorum librorum foetu illud Comici usurpare possimus.

*Mendacium esse suspicor matrem tibi,
Nam postquam natus es, nugidolola-
quides*

Totus fuisti.

Sed audiamus nunc Iberas nánias atque Ægyptia Scholasticorum portenta, eaque jam censuris clarissimorum notata, ne nostro iudicio aliquid tribuisse videamur. Sic autem Erasmus in Moria Encom. p. 178. *illa demum magnis & illuminatis (ut vocant) Theologis digna putant, ad hæc sequendo incidunt, expurgantur Scholastici, num quod infans in generatione divina? num plures in Christo filiationes? num possibilis propositio Patrem DEUS odit Filium? num DEUS potuerit suppositare mulierem, num Diabolum, num Asinum, num cucurbitam num filium? Tum quemadmodum cucurbita fuerit, concionatura, editura miracula, figenda cruci? Et quid consecrasset Petrus, si consecrasset eo tempore, quo corpus Christi pendeat in cruce? & num eodem tempore Christus homo dici potuerit, & num post resurrectionem edere aut bibere fas sit futurum? Jam nunc famem sitimque præcavenes. Sunt innumerabiles λεπτολογίας bi quoque multo subtiliores, de indistantibus, de*

for.

formalitatibus, de quidditatibus, hecceitatibus, quas nemo possit oculis assequi, nisi tam lynceus, ut ea quoque per altissimas tenebras videat, quæ nusquam sunt. Hisce quæstionibus, quibus divinam majestatem sacrorum dogmatum violant, quis non videt, nigrum theta præfigendum esse, atque ipsis Scholasticorum frontibus inurendum Poëtæ illud :

Per contatorem fugito, nam garrulus idem est.

Reliquis, quas jam subjungemus, quæstionibus, materiam præbuērunt scholastici, underisui abunde Democritus litare possit, nisi quoque & plangere Heraclitus velit, sicubi ipsa Religio temeratur. Socratem quondam Aristophanes in *νεφελ.* insectatus est, quod pulicis saltus per ejusdem soleas mensuraverit, pulicem primum in ceram liquefactam immittendo, cumque mortuus ille, atque ex cera extractus iterum esset, vestigia infixæ atque in cera remanentia veluti calceamenta ad mensuram adaptando. Item quod aures pulicum cantui admoverit. Quod si Socratis gravia studia tam acerbe Aristophanes fugillavit, quid illum facturum fuisse putabimus, si Scholasticorum plusquam Scholica nugalia suo ævo ventilari audisset,

652 Cap. IV. De iis quæ corruptelas
num sc. eadem propositio, *matula putes &
matula putet, an vera: Nullus & Nemo
mordent se in sacco. An differant, Rome
venditur Piper & Piper venditur Rome. An
bona consequentia, tu differs ab ente. Er-
go tu non differs ab ente. DEVS est, Ergo
baculus stat in angulo. Num homo mor-
tuus possit celebrare Missam, Vtrum omne
impossibile sit concedendum. At hos for-
san lusus otio & puerilibus studiis Schola-
sticorum quodammodo condonaremus,
quæ autem piacula eos resolvent, quod
nugas divina inter mysteria miscue-
rint, uti modo audiemus. Hujus
enim rei tenentur manifesto, quando
etiam a suis accusantur. Sic namque Al-
phonso a Castro l. I. adv. hæres. c. 4. *Nugas
vendiderunt Doctores Papatus a trecentis
usque ad reformationem Lutberi annis, a
qua cœptum transferri ad meliora studia.*
Loquentur nunc ipsi Scholastici in ardua
de Sacramentis materia, ut audiatis cum
Socrate, deque nugis eorum iudicium fe-
ratis. Quæritur apud eos. *Si mus aut
aliud quodcunque brutum hostiam conse-
cratam arrodatur vel comedat, quid de cor-
pore Christi fiat?* ibi primum distinguit
Bru-*

Brulifer 4. sent. dist. 13. q. 5. inter alvum, uterum & ventrem. Tum inter trajicere & projicere in ventrem. Ultimo denique inter murem, quatenus pro humo s. terra sumitur, ex qua est, & quatenus significat animal ex humore terræ prognatum. Tum distinguit inter edere & vorare. De ipsa quæstione sentit Bonaventura, *pias auras abhorreere audire, quod in ventre muris vel in cloaca sit corpus Christi*, at pauci cum eo faciunt. Contra vero Alexander ab Ales p. 4. sum. q. 53. m. 2. *Opinio que dicit quod corpus Christi deferretur quocunque species deferuntur, ut in ventrem canis vel suis, vel in alia loca immunda, videtur vera. Salvo enim esse specierum non desinit esse sacramentum, nec Christus sub specie.* Huic Thomas consentit; & Brulifer 4. sent. dist. 13. q. 5. hanc tutiorem vocat sententiam, & dicit *illam opinionem quod corpus Christi cum projicitur in cloacam vel latrinam, desinat esse sacramentum, modo non teneri.* Marsilius 4. sent. q. 6. art. 4. *realiter sumere brutum corpus Christi, quia illa substantia, quam comedit, est corpus Christi.* Sic & Burgen- sis, Durandus, qui aperte primam sententiam erroneam dicit & falsam, & alii com-

plures, quorum nomina adducere quid præstat. Quando tandem pugna depugnata, & in eam omnes pedibus ivere sententiam, murem verum corpus Christi in ventrem trajecisse suum. Ibi ulterius decernunt murem capiendum, alii cautelam addunt, si capi possit. Quid vero cum capto agendum? ane adorandum corpus Christi inhorresco plura. Hoc *inconveniens*, inquit Major, & *nunquam practicitur*. Sed contradicit, nec tamen simpliciter Biel. *Ubicunque corpus Christi creditur esse, sive in ventre suis, sive in ore viri vel mulieris, ibi est venerandum vel adorandum in anima, licet non exterius in opere.* Super Canon. Miss. lect. 84. Post illos adorationis honores miserum tandem condemnant murem. Atrocior & præfurore præcipitis animi Antonius, *solum comburendum exclamat, & cinerem iuxta altare reponendum*, exclamat p. 3. Sum. t. 13. c. 6. §. 3. Magis cum ratione sententiam Thomas dicit 4. Sent. dist. 9. q. 2. *Species illas continentibus corpus Christi ventre muris extrahi, & in usum venire debere*: addit Marsilius 4. sent. q. 6. a. 4. *abluendas species ventre muris extractas aque fideli sumendas.* Religiosissime omnium Palud-

danus pronunciat super 4. sent. dist. 9. q. 1. *exenterari mus debet, si capi potest, & mus quidem comburi, & cinis in piscinam projici, pars autem hostia, si homo eam sumere horreret, debet in tabernaculo reverenter poni, & tamdiu ibi demitti quousque naturaliter consumatur.* Quod si vero non inveniatur species in muris ventriculo, quam tunc trepidatur, ne scandalizentur, ut loquuntur, Laici. Mox recolligentes animum respondendum Laicis censent ex Gloss. de consecr. dist. 2. *quod forte per sudorem species sint emissa.* Atque hæc quidem Holderus in mure suo exenterato fustissime stylo atque autoritatibus scholasticorum pertractat, dignus certe qui legatur, ut confusio Babelis eo clarius hisce speciminibus innotescat. Refutare hujus quidem scriptum præsumpsit personatus Mylius, libro, cui titulus Bonorum Novorum, quo simul Historiæ Ordinis Jesuiticæ Hasenmüllerianæ respondet, sed nullo idoneo argumento, convitiis autem innumeris plaustis, ut de eodem liceat dicere, quod Lactantius alicubi, *mimo digniorem illum sermonem quam scholasticorum, & tali quidem qui meritis suis cælum se capere posse putat.* Est autem
 Hip-

Hipponax iste Gretserus, ut se prodit in præfat. suppetiar. Iidem montes non solum cum mus egreditur, apud Scholasticos parturiunt, sed & cum de vomitu deque secessu disputant, non aliter, ac si inter scurras, mimos & balatrones confedissent, & legi illa apud Holderum possunt. Fœdissima certe sunt, & a quibus merito Christianæ aures abhorreant. Hinc autem perspicitur, quod ἐνὸς αἰτόπυ δοθέντῳ πολλὰ καὶ τ' ἄλλα συμβαίνει ut Philosophus loquitur, ex absurda transsubstantiationis doctrina innumeri propullulent errores. Sed & olim de secessu, deque mure disputatum fuit. Guitmundus namque rodi non posse species a mure audacter asseverabat, & hujus causa ab ipso Bellarmino carpitur de Script. Ecclesiast. p. 205. cumque Rabanus asseruisset speciem secessui obnoxiam esse, Heribaldum Antisiodorenses secutus, Guilielmus erroris eum accusavit, ut & Thomas Waldensis. Tom. 1. doct. Prolog. ad Martin. Vit. tom. 2. de Sacramentis c. 19. & 60. De quibus videri possunt, quæ ex Msptis Bibl. Oxon. Ufferius recenset libro de Christianar. Ecclesiar. successione & statu, c. 2. §. 16. Per-
gunt

gunt ulterius in gravi hac materia erroneis suis principiis inducti nugari, cum quærunt, si magno numero in altari dispersæ hostiæ sint, neque constet quænam consecrata, quæ vero minus; qua tunc adorationis religione coli debeant, & respondet Thomas *quamlibet esse adorandam, sed hac sub conditione, si est consecrata, ne idololatria committatur.* De vini specie simili dubiorum pugna contendunt. Sic Raymondus summa de sacramentis quærît. *Si musca vel aranea, vel alii venenosi vermes invenirentur in calice, quid faciendum Sacerdoti?* & respondet: *Si sic esset, quod Sacerdos esset tam grosse complexionis, ita quod non timeret vomitum, tunc posset sumere substantiam illorum vermium, & adhuc. Si Sacerdos levet calicem & avis una &c. tum si modo Sacerdos non abhorret, totum sumat in nomine Domini.* Similes de Baptismi mysterio quæstiones insulas movent, ubi scilicet ejus habeatur institutio? an nocte, qua cum Nicodemo Christus sermones sociabat; an cum ex latere ejus aqua atque sanguis promanavit; utrum cum Christus ipse baptizaretur: ut tandem concluderint totalem Baptismi in-

sti.

stitutionem in sacris non reperiri. Item annon quis possit baptizari terra, cum Christus in ea sepultus, annon aere, cum clarior sit aqua & ubique proftet, annon igne, cum hic Spiritum Sanctum & Deiformitatem maxime significet. Item num dispensari queat Baptismus in mulso, num in lixivio, num in cerevisia, imo quod non sine horrore refero, an adhiberi possit urina, an pruina, an arena, an ros, nix, grando, glacies aut sputum? An baptizari possit in nomine Antonii vel alius cujusdam sancti, an etiam in nomine; nomine infausto abstineo; num efficax sit Baptismus si fuisset institutus in nomine Buff Baff? Si administraretur in lingua factitia, quam Germani vocant Rotvvelsch. Si ex ignorantia linguæ latinæ, in nomine Patria & Filia & Spiritua sancta? Si inversis syllabis in nomine Trispa, & Liifi & Ctisan Tuspiri? Si a balbutiente dicatur, in nomine Patlis & Filii & Sancti Spilitus. An ratum sit sacramentum, si sub conditione aliqua conferatur. Ego baptizo, si pater tuus consentiat, si cœlum moveatur, si sol sit in cancro & primo gradu arctis, aut denique si baculus stet in angulo. Prout hæc quoque

que de Baptismo ex Scholasticorum libris Holderus in dubietatibus recenset, atque eadem Meisnerus in sua quadam de Theologia Scholastica oratione repetivit. Hinc facile colligitur quanta nugarum plaustra alibi ingesserint, qui in summis fidei mysteriis tantopere insaniverunt. Videantur Holderi dubietates, quas modo laudavi, & tantum invenietis ineptiarum mare, in quo vel ipse Ulysses errare posset. Prius vero quam hinc abeam impiis hisce modo recensitis futilissimas alias annectam. Ita autem de stola quærit Joh. Major. l. 4. Sentent. dist. 13. q. 4. *Si aliqua stola sit quintupedalis, & ponatur, quod una ejus pedalitas vetustate consumpta indigeat resarciari, & resarciatur, tamen sic erit tota benedicta, ut est in decretis, sicut etiam fit de oleo non benedicto & aqua non benedicta oleo vel aqua benedicta addita. Removeatur alio tempore alia pedalitas & resarciatur & sic successive usque ad quintam pedalitatem inclusive, tunc queritur, an illa stola etiam sit consecrata? Ratio dubitandi est, quia cujus nulla pars est consecrata, nec ipsum totum consecratum dici*
 po-

poterit, sed sic est de illa stola, quam presul nunquam vidit: nam ad decem leucas nullam ejus partem sibi vicinam habuit, Et respondetur: Si major pars stola simul & semel vetustate consumpta fuisset, tota esset benedicenda: sed ubi est tam magna intercapedo temporis in ablatione partium, ibi dicendum, quod tota sufficienter est consecrata. Nam stola nostra est eadem identitate Morali, licet non identitate Metaphysica cum stola benedicta ab Episcopo: Et hoc sufficit cum partes succedant in simili situ & figura. Similis huic Magistralis de calice consecrato & consecrando quæstio. Querunt scilicet Doctores si calix inauratur, an iterum debeat consecrari. Hoc ita resolvit Pelbartus a Themessvar. part. 4 Rosar. par. I. lib. I. Si calix argenteus tantum fuit, nec inauratus, consecrari iterum debet, si inauratur, etsi antea consecratus fuerit, quia consecratio facta est tantum in ejus superficie: si autem jam antea deauratus, & consecratus sit, etsi aurum perditum, ut de novo sit inaurandus tamen non denno est consecrandus. Nec impedit similitudo de pariete incrustato vel incrustan-

stando, quia in deaurando in positione auri, aurum adeo subtiliter ponitur, quod non videtur tantum in ejus superficie fieri consecratio, quin etiam maneat in argentum. Et ita seruat consuetudo. Unum adhuc Coronidis loco monebo iterum, si forsân oblivione sepultum sit, in gratiam Sacrificulorum Pontificiorum & Monachorum esurientium. Ad quod tanquam ad copiae cornu possint confugere, si forsân elemosynæ & quæstus aliquando deficient. Quæsitum sc. apud Scholasticos olim fuit, *si Sacerdos intenderet consecrare totum panem, qui est in foro, utrum conficiat corpus Christi; & respondet Raymundus in summa dicens. Si Sacerdos indutus vestimentis glorie intrans forum, ubi panes venduntur, & incipiat loqui verba Canonis, benedictiones faciendo super panes, tunc dubitatur an isti panes sint consecrati. Sed dices, non possunt tunc pistorum illos panes vendere? Dico quod non; sed Christi fideles debent comparare illos panes cum plebano & possunt Sacerdotes ex iis nutrir.* Quod si ita se haberent omnes Scholasticorum insulsæ quæstiones, monachorum ingluviei eas facile condonarem, alias Poeta iudice

Turpe est difficiles habere nugas,

Turpis & labor est ineptiarum.

Sed mittamus hoc κερνοχυτρολήγειον, &

L

quan-

quando nunc satis superque de tam subtilibus curiosis atque futilibus Scholasticorum quæstionibus edocti sumus, hanc præforibus leſcharum Scholasticarum hederam figemus, quam ad insipientum colloquia protulit Dionysius, *verba ibi audiri senum otiosorum, vel potius delirorum*. Senes namque Scholasticos haberemus, nisi tam manifesto delirassent.

(5.) Superest nunc quoque ut de neglectu & contemptu divinorum dicamus, cum hic tam arcte cum corruptelis cohereat, ut plane nullo modo ab eis divelli possit. Intererat siquidem sedi Romanæ, ut, quod in lancibus libræ usu venit, elatis super omnia traditionibus & sancitis humanis, deprimeretur Dei verbum; & felicissime illud ipsum succedebat, cum Pontifices decretis spuria ab antiquitate emendicatis divinæ legum sanctarum autoritati intercessissent. Consensit nequissimis hisce tribunis omnis Scholasticorum populus, in eo fidelem AntiChristianismo præstans, ut divina Evangelii luce, sub medio velut occultata, traditionum ac superstitionum tenebræ ubivis inducerentur. Ambigere de hisce nemo potest, qui superiora animo revolverit; & nunc ipsos quoque

que Scholasticorum cœtaneos sententiam rogabimus, quin & scholasticos suis confessionibus atque exemplis convince-
mus. Quod in Pontificis gratiam de prima & antiquissima veritate detraxerint, aperte confitentur illi, qui jussu Gregorii XIII. Decretum Gratiani recensuerunt, ex libris Deodati Cardinalis, dicto illi, quod ex Bonifacio Gratianus ponit Dist. 40. & nosc. 3. §. 1. retulimus, isthæc inferentes. *Revera tanta reverentia apicem Apostolica sedis omnes suspiciunt, ut nonnullam sanctorum canonum disciplinam & antiquam Christianæ religionis institutionem magis ab ore præcessoris ejus quam a sacris paginis & paternis traditionibus expectant, illius velle illius nolle tantum explorant, ut ad ejus arbitrium suam conversationem & ipsi remittant aut intendant.* Hoc sine autem est a Deo unice & verbo ejus pendere, & non potius humanas a Christo & Apostolis toties proscriptas traditiones postliminio in Ecclesiam revocare? Cum Principis autoritate religionem mutare juberentur gentiles, respondit apud Socratem Themistius Cæsari histor. eccles. l. 3. c. 21. *Purpure tue cultores ali-*

quos efficies non Dei. Atque illos dixerim omnes purpuræ papalis cultores, a Divino vero cultu alienissimos, qui semel devoti sedi Romæ per conculcata divinæ majestatis jura ad evehendum ejus super omnia sacra regimen grassati sunt, atque hi fuere Scholastici. Anathema quondam omnibus dixerat Apostolus, si qui etiam Angeli aliud præter id, quod annunciatum erat, Evangelium prædicarent Gal. i. v. 8. Hi vero ea religione Pontifices solventes mille rationibus suis novos condi posse fidei articulos a Papa, quinimo omnes sanctiones ejus pari pietatis affectu cum divinis oraculis esse amplectendas asserere non erubuerunt. Qualia nemo nisi in scriptis Canonistarum & Scholasticorum hospes ignorabit. Et videri hæc collecta possunt apud Dounam. episcop. Anglican. de AntiChristo l. 40. c. 4. usque ad decimum, quibus probat, non Christo tantum æquatum sed & prælatum a suis fuisse Pontificem, ratione Prophetiæ & Sacerdotii. Quantæ vero insanix & hoc, quod non tantum Pontifici jus aliquid verbo Dei addendi, sed & eidem detrahendi asseruerunt, cum tamen ipse Deus repetita abominatio-

ne

ne tale quidpiam conantes a se rejecisset. Sic inquit *Papam dicta Dei & Evangelistarum posse modificare*. Antonin. p. 1. l. 17. cap. unic. §. 17. *& formam sacramentorum non ex Evangelistis sed ex canone desumendam, cum certum sit hic formam tradi; illic vero an verba tantum an vera forma tradatur, non adeo exploratum cuius videatur*. Apud Bonav. l. 4. f. d. 8. q. 2. Et quis dispensationes Papales nescit, quibus clarissima Dei iussa rescinduntur, quodque supremus omnium iudex sanctum atque inviolabile haberi volebat, servus servorum & perditionis filius infringit. Nolo hic repetere omnia, quæ ex omnium seculorum memoria contra traditiones, fraudes & dolos Pontificum disputata sunt, & nunc suffecerit confessionibus & testimoniis contribulium & coætaneorum temerati divini verbi crimen Scholasticis impingere. Comparaveret jam suo ævo Beda in c. 15. Luc. Scholasticorum doctrinam *siquis qua implerent, non prodesse, oneri essent, non usui* & Bernard. epist. ad Guilielmum Abbat. *O quantum distamus ab his, qui Antonii diebus extiterunt Monachis! Nobis convenientibus nihil de scripturis, ni-*

*bil de salute agitur animarum: sed nuga
& risus & vana proferuntur in ventum.*
Ante Bedam autem & Bernhardum, Gildas
epistol. de excid. & conquest. Brit. (extat
inter Britannic. Rer. scriptor. Heidelberg.
impress.) a p. 132. usque ad finem tantam
querelarum molem in Sacerdotes & Prædi-
catores congerit, ut omnia super quæ de
novissimis temporibus & malitia homi-
num Apostoli prædixere, atque etiam Pro-
pheta reprehenderunt, de nequissimis sui
temporis Sacerdotibus interpretetur, at-
que sic in universum omnes damnat, ut
vix ab uno discedat. *Sacerdotes inquit, ha-
bet Britannia, sed insipientes: quam plurimos mi-
nistros sed impudentes: Clericos, sed raptores
subdolos: pastores, ut dicuntur, sed occisioni ani-
marum lupos paratos (quippe non commoda plebi
providentes, sed proprii plenitudinem ventris qua-
rentes) ecclesia domos habentes, sed turpis lucrû
gratia eas adeuntes: populos docentes, sed præbendo
pessima exempla, vitia malosque mores: raro sa-
crificantes, & nunquam puro corde inter altaria
stantes. Plebem ob peccata non corripientes, ni-
mirum eadem agentes: præcepta Christi spernen-
tes, & suas libidines votis omnibus implere curan-
tes: sedem Petri Apostoli immundis precibus usur-
pantes, sed merito cupiditatis in Juda traditoris
pess*

pestilentem cathedram decedentes: veritatem pro inimico odientes, & mendaciis ac si charissimis fratribus faventes: justos inopes immanes quasi angues torvis vultibus conspicientes, & sceleratos divites absque ullo verecundie respectu sicut cœlestes Angelos venerantes &c. ecclesiasticos post hæc gradus propensius quam regna cœlorum ambientes & tyrannico ritu acceptos defendentes, nec tamen legitimis moribus illustrantes: ad præcepta sanctorum (si aliquando duntaxat audierint, quæ ab illis sapissime audienda erant) oscitantes ac stupidos, & ad ludicra & ineptas secularium hominum fabulas, ac si iter via, (leg. vitæ.) quæ mortis pandant, strenuos & intentos: &c. In Apostolicis sanctionibus ob inscitiam vel peccatorum pondus (ora enim scientium obturant) hebetes ac mutos, & inflexibus mundalium negotiorum mendacibus doctissimos. Desino plura, consuli poterit ipse scriptor, quem ob sapientiam omnes admirati. Huc quoque pertinent amœbæ illa Friderici Regis & Arnoldi de Villa Nova. In quibus præter Episcopos Scholastici Doctores vivis quasi coloribus depinguntur. Ita vero Fridericus & Jacobus Siciliae & Hispaniæ Reges inter plurima alia Villanovano scribunt. In persuasionibus dolosi & fraudulentissimi sunt, in narrationibus studiose mendaces. Et quanto presidentium sunt majores inter eos, tanto subtiliores sunt fabri-

*catores mendacii, tam in mutuam detractionem
 ipsorum ad invicem, quam aliorum. Et experi-
 mur, quod odium conceptum adversus aliquem
 immobiliter fixum tenent, & ut Dæmones acunt,
 & interdum ut scorpiones pungunt. In Sermoni-
 bus ecclesiasticis experimur quotidie, quod sunt
 pestilentes: quia in toto sermone ipsorum ut pluri-
 mum non faciunt nisi vel adulari aut detrabere,
 vel diffamare aut philosophari: Ita quod turbati
 & infæli recedimus a sermone. Respondet
 adhæc Villanovanus corruptionem veri-
 tatis ad tria revocans capita. Homines pe-
 stilentes, inquit, dissipant civitatem agni celestis,
 & maxime in statu, qui de altitudine perfectionis
 Evangelicæ gloriatur (i. e. Papali) & subvertunt
 Evangelicam veritatem, ac diruunt ædificium ejus
 in populo non solum perversis operibus & exemplis,
 sed corruptione doctrine in suis prædicationibus &
 præconiis. Nam cum sint amatores vitæ carnalis
 ac terrena felicitatis, & oderint vitam spiritualem,
 necessario sequitur, quod tribus modis corrumpant
 doctrinam Evangelicam in suis sermonibus: scilicet
 detrahendo illis quibus invident, & diffamando
 blasphemias & calumnias: & adulando eis, a qui-
 bus extorquere cupiunt. Ad quæ duo sequitur
 tertium, scilicet prævaricatio sacrorum eloquiorum.
 Nam cum in dolo & astutia malignitatis prædi-
 cent, quandoque indirecte allegant, quandoque in-
 pertinentiter applicant & perversæ: & quandoque
 Sophisticæ distinguunt, & inconvenienter exponunt.*

Es

Et sic veritas Scriptura obtenebratur per eos & adulterantur eloquia Dei. Idcirco quia tales pseudopracones per suos sermones non intendunt placere Deo, vel proficere Christo & populo, sed ad nequitiam sua affectionis populum instigare: propterea seducunt ipsum dupliciter, scilicet omittondo necessaria & utilia, & tradendo nociva: & in spiritu AntiChristi satagunt populum avertere a pascuis ordinariis, & oves subtrahere propriis pastoribus. Sic & Petrus Cantor seculo XII. In has Scholasticorum corruptelas lib. de verb. abbrev. multis paginis invecutus per traditiones, conqueritur, fieri modo irritum Dei mandatum & per Ceremonias scissum templi volum id est Iudaismum instaurari. Et curiosis & inutilibus disputationibus Scholasticos, dicit, velut aqua verbum Dei miscere & cauponari. (Ut sc. Caupones avari vinum aqua miscent, ita quoque Scholastici traditionibus ob quæstum & redditus suos augendos divina adulterasse oracula.) His vero quos jam recensuimus querelas suas sociarunt omnes, quoscunque ex seculorum Scholasticorum memoria vera in Deum pietate arsisse comperimus. Inter illos Gerfoni Scholasticorum Parisiensium nobilissimus, collegarum suorum philosophandi methodum tam acerbe sæpius perstrinxit,

ut illos qui moralistæ audire vellent nihil minus quam morum doctrinam inculcas-
 se, omni vero sapientiæ bellum indixisse
 sat evidenter ostenderit. Eo conquestus
 progressam Scholasticorum impudentiam,
*ut ad speculativa quadam parum utilia curiosi-
 res debito extiterint, nolentes ad considerationem
 agibiliũ tanquam suo ingenio indignam & ru-
 dem destinare,* In Recommend. Licentian-
 dor. in Decretis. Quomodo vero spe-
 culativis illis ineptiis vitium obtulerint
 divinæ veritati, idem autor aperte satis
 ostendit lection. super Lucam p. 16. oper.
 part. I. Quærit ibi hunc in modum,
*cur appellantur Theologi nostri temporis Sophista
 & verbosi imo & phantastici? R. nisi quod reli-
 etis utilibus intelligibilibus pro auditorum quali-
 tate transferunt se ad nudam Logicam vel Me-
 taphysicam & Mathematicam, ubi & cum non
 oportet, nunc de intentione formarum, nunc de
 divisione continui, nunc detegentes sophismata
 Theologicis terminis obumbrata, nunc prioritates
 quadam in divinis, mensuras, durationes, instan-
 tia, signa natura & similia in medium adducen-
 tes; que si vera ac solida essent, sicut non sunt, ad
 subversionem tamen magis audientium vel irrisionem,
 quam rectæ fidei adificationem sepe proficiunt.*
 Accedat huic autor oneris ecclesiæ, qui
 cap.

cap. 18. De hominum cœcitate, verbi divini jacturam & corruptelas luget. *Tota inquit §. 4. Studiosorum vita vel in questu vel in ambitione posita est: Ideo veritatis cognitionem propter se non amplectuntur. §. 8. Stelhe casus de cœlo in terram Apocal. 9. habentis clavem putei abyssi ipsamque abyssum aperientis est quorundam Doctorum affectus, in terrenas cupiditates, in scientiam instantem, in peregrinas opiniones, & in diversas sectas schismata in ecclesia excitantes, qui acceperunt clavem, id est, ingenii subtilitatem, qua aperiunt, i. extollunt doctrinam Aristotelis, Averrois ac aliorum gentilium scribarum ad excogitandum profunda & voraginosa dogmata, obscurantia solem sapientie Christianæ, & Evangelicæ vitæ, & purum aërem religiosi status suis fastuosis verbis acutisque disputationibus, ac sophisticis garrulitatibus maculantia. §. 9. Modernis temporibus in academiis publicis scientia duntaxat mundana invaluit: Scientia Dei non est in terra; Sacrarum literarum doctrina ubique profus perit. §. 11. Hodie doctrina scholastica docet linguam suam loqui mendaciam. Reliqua supra notavimus, §. 13. Infinita & superstitiosa dubia in Scholis & Cathedris moventur, deque innumerabilibus superstitionibus nodus quaritur in scirpo. In quibus vero totus studiorum decursus inutiliter & vane presumitur. Quo fit, ut pauci textui Bibliae cœn doctrina certe & funda-*

mento

mento stabili & veritati inconcussa incumbant : sed plures in sabulo dogmata construunt mox rui-
 nosa : nec non fructu neglecto folia carpunt & cor-
 tice disputationis contentiosa detenti medullam di-
 vina sapientia in sacra & authentica scriptura
 ultro se offerentem pertranscunt. Non attendunt
 istam legalem Augustini sententiam, dicentis : Ego
 solis libris, qui canonici appellantur, hunc hono-
 rem deferre didici, ut nullum scriptorem eorum
 errasse firmissime credam ; cæteros autem, quanta-
 libet doctrina sanctitateque polleant, non ideo ve-
 rum dixisse credo, quia illi sic senserunt. §. 14.
 De illis denique vanis dogmatibus Apostolus inquit,
 erit enim tempus cum sanam doctrinam non susti-
 nebunt. (2. Timoth. 4. it. c. 3.) Item in no-
 vissimis diebus, utpote in quinto & sexto statu
 ecclesia instabunt tempora periculosa, & erunt ho-
 mines seipso amantes, habentes speciem quidem
 pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. Quia
 vero tempore Pauli erant Pseudoapostoli, ideo sub-
 dit. Et hos i. eorum similes evita, ex his enim
 sunt qui penetrant domos, & captivas ducunt mu-
 lieres oneratas peccatis, qui seducuntur variis de-
 sideriis, semper discentes & nunquam ad scientiam
 veritatis pervenientes. Qui cum incumbunt studio
 vano, per Spiritum Sanctum non illuminantur ad
 veritatem. Ergo sequitur eorum impugnatio ve-
 ritatis, dum Apostolus subdit : Quemadmodum
 Johannes & Mambres, qui fuerunt magi Pharao-
 nis, restiterunt Moysi, ita & isti s. mundani sa-
 pientes

pientes resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem : sed ultra non proficient, insipientia enim eorum manifesta erit omnibus veritatem investigantibus. **PRAEDICTAM CORRUMPENDAE SCRIPTURAE LIBIDINEM A DOCTORIBUS SCHOLASTICIS USITATAM JAM FERME TRECENTIS VEL PLURIBUS ANNIS, QUIBUS HACTENUS QUINTUS STATUS DURAVIT, PATITUR ECCLESIA SUO DAMNO INCOMPARABILI. RURSUS ILLI PERVERSI DOCTORES SUNT MIXTI AC ETIAM MAGNI ANTICHRISTI PRAECURSORES. Idem namque Apostolus inquit, *AntiChristi adventus erit secundum operationem Satanae insignis mendacibus & in omni seductione iniquitatis 2. Thess. 2. his qui pereunt, eo quod charitatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut judicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.* En nunc Anti-Christi templum ecclesiam Romanam ! En ministros Scholasticos, & totum iniquitatis mysterium, domestico Papalium testimonio revelatum ! Cum hisce suis transigant illi prius, quam ad feralem literam prosiliant, si quando ob AntiChristi famulitium**

litium eos detestamur. Qua igitur fronte Fr. Ricardus de Mans ordinis Franciscanorum in Tridentino concilio p. 139. pronunciarit: *Fidei dogmata opera Scholasticorum in presens sic esse enucleata, ut in posterum ex scriptura ea addiscere nihil esset opus, vident omnes, qui inter æra lupinosque adulatorum ac piorum coetum norunt distinguere.* Agmen Erasmus claudat, qui in Epistola ad Dorpium p. 259. *Omnes vere Theologi hoc est viri integri, graves, eruditi, & qui Christi doctrinam penitus ex ipsis imbiberunt fontibus, quoties apud eos sunt, apud quos fas liberas animi voces depromere, deplorant hoc recensius Theologia genus mundo invecum & vetus illud desiderant. Quid enim eo sanctius, quid augustius, quid æque respiciens ac referens illa caelestia Christi dogmata? At hoc, ut omittam barbari facticique sermonis sordes & portenta, ut omittam omnium bonarum literarum inscientiam, ut imperitiam linguarum, sic Aristotele, sic humanis inventiunculis, sic prophanis etiam legibus est contaminatum, ut haud sciam an purum illum ac sinceram Christum sapiat. Fit enim, ut dum ad humanas traditiones nimium avertit oculos, minus assequatur archetypum. Hinc saepenumero coguntur Theologi cordatiores aliud apud populum dicere, quam vel apud se sentiant, vel apud familiares loquantur. Et aliquoties non habeant, quid respondeant*

deant consultoribus, cum perspiciunt, aliud docuisse Christum, aliud humanis traditiunculis imperari. Et post aliqua. Nunc neque questiuncularum ullus est finis, & quotidie decretum ex decreto nascitur. Breviter eo redacta res est, ut negotii summa non tam ex Christi prescripto, quam ex Scholasticorum definitionibus, & Episcoporum qualiumcunque potestate dependeat. Quibus rebus sic involuta sunt omnia, ut ne spes quidem sit mundum ad verum illum Christianismum revocandi, plura addit se dissimulare. Gratias autem agimus Deo immortales, quod detectis tandem hisce Pseudotheologorum erroribus puram verbi divini lucem nobis iterum ostenderit, eo enim jam res redacta erat, ut non tantum a manonibus Scholasticis impune divina conspurcarentur oracula, sed & hominum oculis atque animis penitus eriperentur. Nefandum certe est, primo inter prohibitas loco sacram scripturam positam fuisse; & æterna dignum infamia illud, quod qui primas inter Scholasticos ac ævi ejus Theologos tenebant, vix legerint aut viderint eam unquam. In Synodo Rhemensi, cujus verba quædam supra laudavimus, ubi Pontificalis superbia Antichristianismi nomine in crimen vocabatur, & hoc quoque Patres retulere.

Hos

Hoc tempore cum Romæ nullus pene sit, qui sacras literas didicerit, sine quibus, ut scriptum est, vix ostiarius efficitur; qua fronte aliquis eorum docere audebit, quod nunquam didicit. Quod si Romæ adeo viluerat sacrarum literarum honos, ut nemo illas disceret, ex Pontificum tripode nil nisi traditiones quædam inanes & supersticiosæ proficisci poterant, quæ bullis & Scriptis Scholasticis non aliter ac foliis Sibyllæ mandabantur. Hinc Nicolaus Clemangis Doctor Parisiensis libr. de corrupto ecclesiæ statu. Jam sacrorum eloquiorum studia cum suis professoribus in risum atque ludibrium omnibus sunt versa, & præsertim (quod magis prodigiosum est) Pontificibus, qui suas traditiones divinis longe mandatis anteponunt. Romanorum itaque exemplo reliqui susque deque habebant divina præcepta nec aspicere eadem dignati. Possent inquit Erasmus ad Dorpium p. 259. tibi producere, qui annum egressi octogessimum tantum ætatis in Scholasticis tricis perdididerint, nec unquam contextum Evangelicum evolverint, id quod a me compertum ipsi quoque demum confessi sunt. Idem confirmat Gerard. Listerius comment. in Mor. pag. 185. Novi permultos Theologos, doctores ut vocant, qui ante quinquagesimum annum nondum evolverant omnes epistolas Pauli, ut per familiaritatem

sem mihi fatebantur. Isti quoties ad interpre-
 sandum sacras literas accedunt, Diiboni, quam
 frigent, quam sordent omnia, quam nihil adfe-
 runt Christo dignum. D. Parisiensium exem-
 pla Erasmus de ratione veræ Theolog.
 p. 87. adducit. Quale inquit, spectaculum
 est, Theologum octogenarium nihil aliud sapere,
 quam mera Sophismata, & ad extremum usque
 vite nihil aliud quam argutari? Nam bujusmo-
 di non paucos vidimus olim Lutetia, quibus si
 quid depromendum fuisset ex Paulo, videbantur
 sibi prorsus in alium mundum translati. De iis-
 dem Stephanus prædit præfat. ad Censur.
 Theolog. Parisiens. 1532. Ante paucos annos
 quidam ex Sorbona sic loquebatur, miror quid
 isti juvenes nobis semper allegent Novum Testa-
 mentum. Per Deam ego plus habebam quam
 quinquaginta annos, quod nesciebam, quod esset
 Novum Testamentum. Sic & Carolstadius
 teste Luthero (apud Serar. in proleg. p. 137.)
 Biblia non nisi octavo post impetratum
 supremum in Theologia gradum anno
 legere inceperat. Addit hisce de Alber-
 to Archiepiscopo Moguntino Sixtinus ab
 Amam. Antibarb. Bibl. l. 2. c. 7. Albertum
 Archiepiscopum Moguntinum, cum a. c. l. lxxx
 in comitiis Augustanis codicem Biblicum, quem in
 mensa collocatum reperiebat, obiter aperuisset, per
 lectis aliquot foliis hac protulisse: Equidem ne-
 scio

scio, quid hoc libri sit: Illud video, omnia quæ eo continentur, nobis adversa esse. Cui simile de Thoma Linacro exemplum Balæus refert Centur. 8. Cum is provec̃ta ætate mortique vicinus esset, tum primum N. T. in manus sumpsit, & ex eo aliquot capita legens, cum quintum, sextum ac septimum Matthæi percurrisset, abjecto iterum, quantum fieri potuerat, totis viribus libro, *juravit, aut hoc non fuisse Evangelium, aut homines non esse Christianos.* De Eccio itidem Lutherus Tom. 5. Jenens. f. 35. confessum ipsum fuisse Wilhelmo Bavarix Duci ex scripturis protestantium doctrinam refutari non posse. Huc etiam pertinet Diabolicum illud Theomachorum Carmelitarum institutum, qui novum veteri abolito Evangelium ausi condere, quod, ut apud Matthæum Parisium. ad a. 1256. Guilielm. de S. Amor. in periculis novissimi temporis enarrat, *dicebant esse perfectius, melius ac dignius, quam Christi Evangelium.* Hoc enim esse Evangelium Spiritus Sancti sc. Evangelium aeternum, quo adveniente evacuabitur evangelium Christi, consuli hic potest Nicol. Eymerich. Direct. Inquisit. P. 2. q. 9. §. 4. Porro quam minimi pretii
ipsum

ipsis sacræ literæ fuerint, inde quoque liquido perspicitur, quod Aristotelis placitis illas longe posthabuerint, uti cap. seq. pluribus dicemus.

(6.) Ex ista autem Scholasticorum egregia verbi divini cura vel me tacente fat perspicitur, quam bene officio suo functi fuerint illi, qui ex suggestu populum docebant. Multi in hisce reprehendis Petrarcha, Villanovanus & Dantes Aliger; querelarum vero ab ipsis profetarum multo plures sunt, quam ut breviori spacio a me comprehendi possint. Ut vero & hic habeatis eorum testimonia, qui veris maluerunt offendere, quam placere adulando, audiamus ex his Dantem. Ita ille:

*Hanc ob rem Evangelium & Doctores magni
Sunt derelicti & tantum decretales
Leguntur sic, ut ex vestium lumbis apparet.*

Carm. 29. cum postponitur

*Divina scriptura & cum torquetur,
Non reputatur quanto sanguine stetit,
Cam in mundo seminaretur.*

*Ut videatur quisque studet, & profert
Sua inventa: & illa pertractantur.*

A Concionatoribus & Evangelium tacet.

M 2

Non

*Non habet Florentia tot Lappos totque
Bindos,*

*Quod huiusmodi fabule per annum
E suggestu hic & illic declamantur.*

*Ita ovicula, quæ hoc ignorant,
Redeunt a pascuis pasta vento.*

*Non dixit Christus suo primo cœtui,
Ite & predicare mundo nugas:*

*Sed verum illis dedit fundamentum,
Et illud tantum sonuit in ore ipsorum.*

*Itaque illi ad pugnam ut fidem accenderent,
Ex Evangelio fecerunt clypeum & hastam.*

Nunc joci & facetiis itur

*Ad prædicandum, & modo bene rideatur,
Intumescit cuculla, nec ultra quidquam re-
quiritur.*

De iisdem Petr. ab Alliaco de reform.
Ecclesiæ. Suis mendaciis & immunditiis ma-
culant Ecclesiam & eam ridiculam reddunt, &
officium prædicationis maxime honorandum jam
contemptibile efficiunt. De Scholasticorum
ætate Jacobus Majerus Chron. Flandriæ
ubi agit, complures inquit stultos concionato-
res ea Scholasticorum ætas habuit, qui in arcana
Dei nimis curiose inquirebant, nulla interim soli-
da doctrina populum imbuentes. Cum istis
stultitiis, immunditiis & mendaciis Scho-
lasticorum prædicantium conjunctum
fuisse immane periculum animarum
Onus

Onus ecclesiæ testatur cap. 18. §. 12. *Supervacaneis argumentationibus incumbi, & Christi fideles in salutis necessariis negligi omni reprehensione dignum noscitur. Quemadmodum his temporibus fastuosi concionatores in cœtu simplicium altas questiones movent, dividunt, diffiniunt, pro & contra argumentantur, ut difficile sit auditores a sinceritate fidei in ambiguitates non induci. Ut autem pateat quænam materia stultarum ac immundarum concionum fuerit audiemus Erasmus Ration. ver. Theolog. f. 85. Hoc agunt Scholastici ut paradoxa quepiam ac nova proferant, quo sint admirationi populo semper inanium rerum admiratori, sic pro Theologis fiunt mataologi. Paulus eos depingit his verbis. A quibus quidam aberrantes, conversi sunt in vaniloquium volentes esse legis Doctores non intelligentes, neque, ea qua dicunt, neque de quibus affirmant. Ferri tamen poterant hæc quoque si hæc fabula inter gymnasiorum parietes ageretur. Nunc in ipsas conciones sacras penetravit hæc ostentatio. Quoties me hujus rei puduit, quoties vicem populi indolui. Video simplicem multitudinem hiantem & avidam pendere ab ore concionantis, expectare pabulum animi sui cupidam discendi, quo melior domum redeat. Ibi mihi theologaster quispiam fere ἰσοπρεπεῖ ἤματι venerandus, e Scoto aut Occam questionem aliquam frigidam ac perplexam ventilat. Ostentans quantum in Sorbona profecerit, & plebis*

M 3 beni.

182 Cap. IV. De iis quæ corruptelas

benignitatem hac ostentatione venans : Interim magna conciania pars domum abit, plane juxta Græcorum proverbium *Κύρος χαρών*. Alii dilitant inter sese, quam multa legit hic juvenis, quam valet ingenio. Quid non possit ille vel struere vel destruere ? Nemo delectatur, præter paucos eodem affecto morbo : ut hi habeant quod rixentur super cœnam. Hac est doctrina, quam Jacobus animalem ac Dæmoniacam appellat & Paulus mænologos hos depingit : sunt, inquit, multi non subditi vaniloqui & mentium deceptores ; quibus oportet silentium indici, qui universas subvertunt domos, docentes, quæ non oportet, turpis lucri gratia. Atque utinam tales haberemus concionatores, ut hac frustra videar admonuisse, sæpe quoties audimus istos sic commendantes remissiones Pontificias, ut oratio tota nihil oleat, nisi sordidum questum, nihil præ se ferat, nisi proxenatam mercede conductum : Quoties plus potestatis tribuunt Romano Pontifici, quam ipse vel agnoscat, vel postulet : quoties jactant sua benefacta, quibus debeatur incolumitas populi, quoties persuadere conantur, cacodæmonibus non esse jus in eos qui in Franciscana cuculla sepeliantur, non periturum morbo, qui in honorem Divi Dominici certos annos predicatorium habitum circumferat, non male periturum, qui quotidie pictum aut sculptum Christophorum contempletur : quoties hæc atque his impudentiores naniac ex eo loco deblaterat, qui predicanda doctrine Evangelicæ dicatus est, quis

NON

timus. Restabat mysterium his quoque retrusius, Mathematica ratione, Jesus in duas equales dividit portiones, ut scilicet pentemimeres in medio resideret. Deinde docuit eam literam apud Hebraeos esse ω quam illi Syn appellant, porro Syn Scotorum opinor lingua peccatum, atque hinc palam declarari Jesum esse qui peccata tolleret mundi. Omnem post hæc concionandi methodum quinque actibus absolvi ibidem refert. Preambulum suum ita demum eximie rhetoricum fore ducunt, si nusquam habeat, cum reliquo argumento confine, ut auditor interim admirans illud secum murmure, quo nunc se proripit illo? Tertio loco, ceu narrationis vice nonnihil ex Evangelio, sed cursim ac velut obiter interpretantur, cum id solum fuerit agendum. Quarto loco jam nova sumpta persona questionem movens Theologalem $\epsilon\tau\epsilon$ $\gamma\eta\varsigma$ $\epsilon\tau\epsilon$ $\delta\epsilon\alpha\upsilon\tau\eta$ $\alpha\pi\tau\omicron\upsilon\delta\epsilon\upsilon\mu$, atque id quoque ad artem arbitrantur pertinere. Hic demum Theologiceum attollunt supercilium, doctores solennes, doctores subtiles, doctores subtilissimos, doctores Seraphicos, magnifica nomina auribus inculcantes. Tum syllogismos majores, minores, conclusiones, corollaria,

sup-

*suppositiones frigidissimas ac plusquam
 scholasticas nugas apud imperitum vulgus
 jactitant. Superest jam quintus actus in
 quo summum artificem prestare convenit.
 Hic mihi stultam aliquam & indoctam
 fabulam, ex speculo opinor historiali in
 medium afferunt & eandem interpretan-
 tur. At ad hunc quidem modum Chimæ-
 ram suam absolvunt, qualem nec Horatius
 unquam assequi potuit, cum scriberet.
 Cervicem capiti &c. Mimicos gestus
 Sacrificulorum pluribus porro ac Roscio
 melius exagitat. Certe nihil tam frivo-
 lum atque absurdum dici potest,
 quod hi verbi divini mangones ac aru-
 scatores, infinita nugandi licentia atque
 audacia non sint supergressi. Et confi-
 dentes reos habemus Cardinales in Con-
 sil. emend. eccles. Paul. III. conscr.
 Magnus & perniciosus abusus est, quod in templis
 sunt disputationes impiissima & si qua sunt pio
 tractantur in eis res divina coram populo valde
 irreverenter. Hanc vero labem absterxisse
 Scholasticis conatus Sixtus Senensis in
 Bibl. Sanct. decem ordines Scholastica-
 rum expositionum constituit. I. Concor-
 dantiarum, II. Dictionariorum. IV. Post-*

illarum. V. Quæstionariorum. VI. Lectura-
rum. VII. Compendiorum. VIII. Sermo-
nariorum. IX. Metricorum. X. Meditatio-
num. In Postillis dicit *divinas scriptu-*
ras juxta literalem ac spiritualem intelli-
gentiam simplicissime ac brevissime elucida-
runt, omissa prorsus omni disputationum
subtilitate. In *Questionariis* e contra post-
habitis omnibus fere *Scripturae expositioni-*
bus, dubitationes & quæstiones obscuras ex
variis scripturarum locis proposuerunt, &
adhibitis hinc inde contrariis, tam Philoso-
phicis quam Theologicis argumentis subti-
lissime ac plenissime de propositis locis dispu-
tarunt. Ast suo se Sixtus ille velut forex
indicio prodit in ipso statim partitionis
hujus ingressu, dum *exemplo Jurisconsulto-*
rum cœpisse ait *sanctos libros exponere.*
Utinam vero exemplo Apostolorum per-
rexissent ea via, qua Patrum eminentissimi
secuti sunt, plana ac simplici methodo hæc
mytheria enarrare, tunc nec ipsi a regia sa-
lutis via aberrassent, nec reliquos in erro-
rum præcipitia secum abduxissent. Quam
vero stultus labor *Dictionariorum* vel *Di-*
stinctionariorum, quibus cortici tantum
verborum inhaerentes nucleum ipsum di-
vini

vini verbi parum curarunt. Evolvat aliquis Petri Bertorii Galli Dictionarium & talia libro illo consignata reperiet, quæ si quis in medium proferret.

*Non sani esse hominis, non sanus juret
Orestes.*

Videbimus unicam literæ A. expositionem, quam Sixtus adducit. Et risum teneatis amici. In primis notare possumus, quod hac litera vel syllaba A tripliciter sumi potest; sumitur enim pro litera principativa, pro interjectione dolendi & lamentandi, & prepositione ablativa. Per primam possumus intelligere rerum omnium principiatorem: per secundam possumus hominem miserum & viatorem: per tertiam autem hominem impium & peccatorem. Primo enim modo A est prima litera Alphabeti, significans illum, qui in ordine rerum est primus. Secundo modo A est interjectio dolentis, & sic potest significare humanam conditionem, quæ scilicet est flebilis & inanis, unde ista est illa prima vox, quam puer ad hanc miseriam veniens, statim clamat, dicens A, A, quasi dolendo pro miseria, quam intravit. Tertio modo A, est prepositio Ablativa deserviens Ablativo id est mundi prim-

principibus, & sic potest significare mihi viros superbos, qui semper aliis se volunt præponi, & maxime præpositos & balivos, qui deserviunt ablativo, id est mundi principibus; qui non cessant auferre bona subditorum suorum 2. Cor. 12. Damasci præpositus gener Areta Regis voluit me comprehendere. Unde de tali A potest dici illud, quod scribitur in Ps. 139. A viro iniquo eripe me &c. Ex Quæstionario autem Scholastico egregium scilicet & dignum, de quo contentionis serra reciprocetur, Problema adducit idem Sixtus: *Vtrum Deus sit laudandus & præsertim oris laudatione?* Et videtur quod non, dicit enim Philosophus in primo Ethicorum. Optimorum non est laus, sed majus aliquid est melius. Sed Deus est super omnia. Ergo Deo non debetur laus, sed aliquid majus laude. Vnde Eccles. 43. dicitur, quod Deus major est omni laude. Præterea laus Dei ad cultum ipsius pertinet. Est enim religionis actus: Sed Deus mente colitur magis quam ore; unde Dominus Matthæi quintodecimo contra quosdam adducit illud Esaiæ: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me.* Ergo laus Dei magis consistit in corde, quam in ore.

Pre-

Præterea homines ad hoc ore laudantur, ut ad meliora provocentur, unde dicitur Proverb. 27. Quomodo probatur in conflatorio argentum, sic probatur homo ore laudantium. Ergo Deus non est laudandus ore. Sed contra est, quod dicitur Psal. 116. Laudate Dominum omnes gentes. Respondeo dicendum, &c. Cui volupe est hæc velut præstigiatorum acetabula & calculos, in quibus fallacia ipsa delectat, ut Seneca de hac quæstionum materia loquitur ep. 45. inspicere, plura apud Sixtum inveniet Bibl. 1. 3. a. p. 21. tædet nunc repetere anxias istas simul & impias affanias. Ex iis, quæ modo recensuimus, videre est, quod non aliter Sixtus inter has verbi divini expositiones Scholasticas distinxerit, atque illi qui fluctus in turbati maris æstu decimant, ut quinam aliis vehementiores sint exinde colligere possint. Quod enim metricas expositiones attinet, ad Grammaticam censura earum pertinet. Nullum quippe operæ ejus pretium, & vix scio an talis aliqua verbi divini metrica extet expositio: Exempli loco Sixtus adducit quædam ex libro de Sancta Cruce Rabani; at vero liber iste, quem in membranis scriptum & variis figu-

figuris ac coloribus distinctum possideo, nihil quidquam in sacras literas commentatur, tam difficili præterea artificio conditus ut paucis imo nulli ferme datum fuerit Rabanum in hoc opere imitari. Reliquæ autem sive postillæ sive concordantiæ, uno eodemque nugarum & quæstionum cœno turbata fluunt, & primas ubique tenet Aristoteles, sacra autem scriptura, post nugarum impedimenta incongrue & obtorto quasi collo ad complementum earum atrahitur. Unde facile experimentum capimus concionum, ex hisce turbidis expositionum fontibus fluentium, quarum insulas formas superius nobis Erasmus edisseruerat; & jungere illis possumus ineptas Tridentinorum patrum orationes; Salvatoris Salapassii Archiepiscopi Turritani, apud Gentilem in examin. Concil. Trident. l. 3. Sess. 13. §. 20. & Burgii p. 206. & Tyrabosci Venetiarum Patriarchæ, p. 210. qui ex septenarii perfectione septem esse Sacramenta contendit, quando inter alia ita. *Saturando populo quinque panes & duo pisces, quæ septem efficiant, suffecerunt. At vero quomodo concilium panes saturando populo inveniet? Septem nempe consti-*

tuendo sacramenta. Quod in D. Philippo dictum est : ducentorum denariorum panes non sufficere, hunc habet sensum, Veteris nempe & Novi Testamenti mysteria populo illuminando non satis esse, propter ejus densam mentis caliginem & cecitatem. Quod vero a D. Andrea dicebatur. Ecce puer hic quinque panes & duos pisces habens de Apostolorum D. Petri successorum ordine intelligi debet. Deinde id quod adjicitur. Facite sedere homines, idem sonat ac si dixeris, salutem eis offerte docendo eos septem Sacramenta. Quis tam accuratum in Patriarcha judicium non miretur & concionatori acclamet, ἔτι ὁ Δαμοδένος. Sed nugarum Scholasticarum satis: Prius autem quam pedem hinc moveamus, illud adhuc recta iudicii lance expendemus, quod ad Scholasticas corruptelas nonnulli referunt, num capite diminuerint sacras literas, qui textum evangelicum in pericopas dispertiti, summulas certas certis sabbathis populo praelegere. Id quod grande nefas aeterna & morte piandum Sixtinus ab Amama iudicat Orat. de Barbar. quam Antibarb. suo praemisit, quando ita. An. CHRISTI, DCCGVIII.

PAU

192 Cap. IV. De iis quæ corruptelas

Paulus Warnenfridus Caroli M. jussu textus Dominicales ex epistolis & Evangeliiis excerpfit, judicio adeo nullo, ut eorum quidam nec caput nec caudam habeant. Namque instar imperiti lanionis securi sua anatomica non in ipsas articulorum juncturas, sed in ipsa ossa, prout imperita manus ferebatur, impacta, divulgavit ea, que separari nequitiam permittebat textus. Hac ergo occasione factum est, ut ista tantum scriptura fragmenta populo prelecta & expofita sint. Quasi universa divina scriptura non fuisset divinitus inspirata utilisque ad doctrinam, redarguionem, correctionem & institutionem. Iphis ministris mollem pigritia lectum hoc compendio adornavit Sathanas, multosque e populo in eam traxit sententiam, istis fragmentis universam scripturam contineri. Observatum autem est a viris cordatis, in eundem annum quatuor eclipses incidisse, ac inde non inepte conjectatum, Deum istis luminarium obscuracionibus de tenebris Ecclesie imminentibus voluisse concionari. Ut consequentias Sixtini non examinem, & sententiam, qua gravat antiquitatem, & velut absurdas peritopas condemnat, cum earum in ortho-
doxa

doxa ecclesia usus adhuc duret: id necessario monendum hic duxi, idem accidere Viro huic insigniter erudito, quod illis, qui in pugnas & hostes ardentibus suos nonnunquam premunt: Ita namque hic in primorum Ecclesie venerandam canitiem peccat, dum in posteris eorum exempla carpit. Proxime enim ab Apostolorum ævo in certas pericopas Novi Testamenti codicem distinctum locupletissime Crojus docet observat. Sacrar. & Historic. part. I. c. 4. 6. atque illarum aliquas solennes fuisse certis diebus ex Augustino videre est. Serm. II. in die Pentec. Quantum vero & Balæus, qui ad sec. X. refert pericoparum usum, & Sixtinus, a veritate abluant, qui Paulo Diacono s. Warnenfrido evangelicas illas partitiones assignat, ex Gennadio videre est, qui Musæum Marsiliensem an. Chr. 441. in hisce partitionibus Evangelicis Ecclesie tradendis occupatum fuisse scribit. Imo ante ipsum sec. IV. Hieronymus singulis diebus dominicis prælectiones istas destinavit, de quo cap. 6. officii Gregoriani occasione pluribus dicetur. Tantum autem abest, ut Carolus ad corruptelas aut mutilationes sacrarum litera-

N

rum

rum fenestram aperuerit, ut potius a culpa sequentium seculorum fuerit quam remotissimus, dum integra passim ac incorrupta seruari sacra oracula in opere capitulari suo, traditiones autem ceu pestem ecclesiæ procul esse iubet. *Et quoque tota Biblia Vetus & Novum Testamentum, qua librariorum vitio jam inde ab aliquot seculis varie contaminata descriptaque mendose fuerant, ex Hebræa & Græca lingua fontibus congrue verti iussit, publico per totum imperium promulgato edicto, quod adhuc in manibus est, ut libri illi susciperentur ubique & prelegerentur in Ecclesiis, ne Deus ad iram commoveretur, si Ecclesiasticorum ignavia mendosi codices, & qui non intelligi possent, contra linguarum indolem recitarentur ad eundem modum, quo moniales psalterium, ut est in proverbio, canunt nec intelligunt.* Verba Aventini sunt latine expressa ex Chron. German. l. 4. p. 580. ed. Cisner. 1622. De reliquis adjunctis effectisque quæ studio brevitatis omisimus cum adhæc quæ modo recensuimus commode referri possint, Vives videri poterit libris de cor. art. in quibus copiosæ orationis frenos in vitia Scholasticorum dimittit.

CAP. V.

DE ADJUNCTIS NONNULLIS
DOCTRINÆ SCHOLASTICÆ.

- (1.) Honores scholastici si-
ve academici, eorum-
que gradus. Baccalau-
reorum nominis origo,
Magistri itemque & Do-
ctoris insignia explican-
tur. A Judæis & Ara-
bibus hæc ad Christia-
nos dimanarunt. Labe-
factatur eorum senten-
tia, qui condemnant ista
usurpantes. Explica-
tur locus Matth. 23. v. 8.
Indignis olim honores
Scholasticos attributos
testimoniis docetur.
- (2.) Barbaries & summa se-
culis Scholasticorum
ignorantia. Pontifices
patroni incitiaz. In-
doctissimi Episcopi &
Presbyteri. Ignoran-
tiaz præceptor Franciscus
diris devovit sapientiaz
professores. Privilegia
barbarici in Jure Cano-
nico. Ridiculæ Ety-
mologia a Scholastico-
rum proceribus traditæ.
Linguarum cultura ne-
glecta. Earum asser-
tores Hæretici habiti.
- (3.) Infantum Aristotelis
studium. Aristoteles
Platoni & Philosophis
omnibus, Patribus item-
que, & ipsi Dei verbo
prælatus. Scholastico-
rum sententia de salute
Aristotelis.
- (4.) Dissensiones Schola-
sticorum Philosophicæ.
Secta Realium & Nomi-
nialium, Immodestæ
contentiones Scholasti-
corum, Politica eor-
undem de jure Cæsareo
& Papali dissidia. Di-
versæ opiniones in divi-
nis. Parisiensium Scho-
lasticorum & Prædica-
torum lites. Thomæ
sententiæ damnatæ Dis-
sensus patrum Triden-
tinorum; Dubitavere
ipsi de sententiis suis.
Ex dissensu opinionum
Papæ infallibilitas con-
futatur.
- (5.) Confessio veritatis.

Scholasticorum Patres a Pontifice sæpius dissenferunt, quin & hæreseos Pontificem convicerunt. A seculo X. ad Alberti usque & Thomæ tempora contra indulgentias & alios abusus sæpissime disputa-

runt. De gratia & viribus liberi arbitrii contra Pelagianos & hodiernos Pontificios cum patribus antiquorum nonnulli ex Scholasticis senserunt. In Galliis quomodo explosa Pontificis autoritas.

(I.)

Vidimus superiori capite quinam vitiosi rivuli ex corruptelarum fonte in Scriptis Scholasticorum fluxerint, nunc aliqua eorum considerata restant, quæ quidem cum doctrina Scholastica arcto ac indivisibili vinculo minus conjuncta, attamen ut plurimum eidem annexa fuere. In quibus nunc primo loco ponimus titulos ac honores pro diversis scientiæ scholasticæ gradibus collatos. Illi etiamnum nostris durant temporibus, & præmia diligentiam in scholis publicis sive academiis conferuntur; Titulus Baccalaurei insigne candidatorum: Tum Magistri decus ac nomen, post illud augustior Licentiæ gloria & denique Doctorei muneris honores, quanquam & hic gradum ordo variat apud diversos populos, ut ex Vive & Tholosano vide.

videre est locis infra cit. Nominum horum originem quod attinet, quilibet videt, barbariei deberi Baccalaureum & Licentiatum; Ex latinitate veteri petita magistri ut & Doctoris vocabula, sed sensu diverso usurpata. Et ut strictim hic tangam, quæ ab aliis jam pertractata sunt, si quæ illis addi & moneri mereantur simul indicaturus; sciendum est de baccalaurei nomine, minus recte a bacca lauri, quæ communis est opinio, sed vel a bacillo vel a batula id derivari. A bacillo denominari B. Rhenus prodit in admonitione ad Lectorem de quibusdam Tertulliani dogmatis, quam in fine editionis suæ Tertulliano annexuit, cum de Lombardo egisset. *In vetustioribus*, inquit, *Parisiensis Academiae codicibus, qui constitutiones gymnasii continent, baccalarii nominantur a bacillo, ceu videtur, deducto vocabulo.* v. ib. plura. Dissentiunt ab eo qui a batula vel batallo Gallico batularios vel batellarios dici autumant, a militia sc. s. primo stipendio milites, qui secunda merent stipendia, de quo pluribus videri poterunt Vives l. 9. corrupt. art. & c. Pontan. prog. 83. vol. 1. Magistros quod attinet, hoc nomine arcium & pagorum

aliarumque rerum præfecti dicti sunt, ut ex Festo constat in Magistrare & Meurs. in Glossar. tamque splendidum hoc nomen, ut non philosophiæ tantum, sed aliarum quoque facultatum Doctores dicti sint Magistri, de quo Alciatus videri poterit, in Parergis, 8, c. 10. Ut & Middendorpius l. 1. de Academiis c. 13. p. 134. ubi Licentiati dignitatem Magistrali postponit, & Dresserus Millenar. 6. p. 185. qui Doctores Parisienses & Lovanienses Theologos magistros nostros dici asserit. Licentiati decus proximus ad Doctoratum gradus a Licentia docendi nomen atque originem traxit. Post id Doctoratus honor cum plena docendi facultate tandem confertur. Et in usu hoc quoque antiquis nomen, uti videre est ex Gellio l. 13. c. 21. l. 18. c. 2. Pers. sat. 6. de quorum gradum legibus, ceremoniis & ritibus, insignibus ut Liripipio s. bireto, quibus fasces capitis, subligacula Erasmus addit, ne, ut Moria jocatur, *Scholasticorum mugis caput rumpatur*, videri poterunt Middendorp, l. 2. & Giesenius de vit. Academ. p. 2. disp. 7. Heigius quæst. Jur. Civil. & Saxon. p. 2. q. II. p. 110. & 217. Linn. Jur. publ. l. 8. c. 8. Tholosanus de Republ.

l. 18. c. 9. Tiraquell. de Nobilitate. Rein-
king. Regim. secul. & eccles. l. 1. class. 5.
Illa hic sub iudice lis adhuc est, quando
scholasticarum harum dignitatum pri-
mordia cœperint. Communis ferme
omnium sententia est, Gratiani & Lom-
bardi auspiciis, qui se primum Doctores
salutari passi, hunc Parisiis ac Bononiæ ti-
tulum & ceremoniarum apparatus cœ-
pisse. Irnerio namque Jurisconsulto
Lombardum invidisse, & Theologiæ pro-
fessionem simili splendore ejus ad exem-
plum cumulasse lubentes meritoque
omnes confitentur. Unde vero ritus isti
& insignia ortum traxerint, de eo altum
apud omnes silentium: Mihi nullum du-
bium est, quin una cum terminis artium &
disciplinarum ex Arabicis Academiis hæc
quoque scientiarum præmia in Christia-
nas scholas derivata sint. Arabicis nam-
que eadem insignia & proclamandi ritus
cum Hebræorum academiis communia
fuere. Hi vero apud Hebræos literarii ho-
noris gradus omnimodis respondent so-
lennibus academiis Christianarum, ut
id ipsum videre est ex Jacob. Aking. Histo-
ria promotionum Academicar. in populo

Ebræorum, cui addi potest Empereur. ad B Tudelenf. Itiner. p. 151. de **מגורני** f. Excellentibus, i. e. Doctoribus & de **חכרי** f. Magistris p. 188. ut & 190. Præcipue vero Seldenus de Synedr. Veter. Ebræor. l. 2. cap. 6. 7. 9. Quod si quibus eruditionis præmia & literatorum honores apud Chineses, artium cultura florentissimam gentem receptos hisce conferre libuerit, non sine voluptate prudentissima gentis ejus instituta in speciminibus scientiarum & candidatorum examinibus inveniunt apud Trigautum expedition. Chinesf. Atque hæc de origine præmiorum Scholasticorum monuisse suffecerit, nunc de jure eorum disquirendum ulterius, atque illis occurrendum est, qui Christi præceptis eos adversari titulos contendunt. Inter quos Andreas Carolstadius ejuravit Doctoris nomen, seque fratrem Andream salutari voluit; & ut stultitiam proderet, simul aliquos publice Doctores renunciavit, & post renunciationem recepit, se nullos posthac istis titulis ornaturum, quandoquidem Christus hoc ipso interdixisset. Sic Zvvnglius in Respons. ad epistol. Bugenhagii *se cum fastidio legere titulos istos Doctor & Pro.*

Professor Theologia : consensere hisce Rodolph. Gualth. in c. 20. Joh. pag. 407. & Franciscus Lambertus Avenionens. ad finem tractatus de caus. excoëcationum multorum seculorum, Christi verbis graduum distinctiones evertere, conati. Præjuserat quondam illis Franciscus ordinis fratrum ignorantia pater, de quo legere est in speculo vitæ & sociorum ejus. *Humilis Christi imitator Franciscus, sciens, soli Christo nomen Magistri convenire, per quem omnia facta sunt, dicebat, quod libenter omnia vellet scire, facere, sed nollet esse magister, nec magisterii nomine insigniri, ne contra verbum Christi in Evangelio prohibentis, ut nulli docentur magistri, facere videretur. Quia melius est esse humilior, cum paupercula scientia, quam (si esset possibile) facere magnalia, & presumere contra tam gloriosi magistri humilia documenta.* Non dicam jam de necessitate præmiorum istorum, & tantum nunc ostendam, quam longe a sensu verborum Christi. (Matth. 23.) absint. Christus Phariseorum mores isto in loco redarguens & hoc in illis notabat, quod ubique se præ aliis efferrent, amantes *πρωτοκλιςίαν, primas*

recubitus, πρωτοκαθεδρίαν ἐν ταῖς συναγωγαῖς, primum in Synagogis locum, & gauderent quoque salutationibus in foro καλεῖσθαι Ραββι Βαββι. Et tunc subinfuit Salvator. Vos autem nolite vocari Rabbi, Unus enim est vester καθηγητῆς ὁ Χριστός. Princeps Christus. Vos autem fratres estis. Monitos itaque discipulos voluit ne quis inter ipsos primatum affectaret quod tamen Christi mandato spreto posterioribus seculis attentarunt nonnulli ambitionis typhone subinflati. Quodsi autem, ut quidam volunt, Christus ad simplicem illam Ραββι denominationem respexisset, & per καθηγητὴν διδάσκαλον, (ut etiam in quibusdam MSptis legitur) intelligendus esset, non aliud certe innuisset, quam ut ad Rabbiorum præfecturas s. magisteria, quæ non docendo tantum, sed & judicando exercebantur, nullo modo adspirarent, quippe quæ cum manifesta Pharisaismi Professione conjuncta forent, atque id per verbum καλεῖσθαι indigitari censet Seldenus, qui per proclamationem s. constitutionem illud exponit. de Syned. l. 2. §. 10. p. 342. Reliquum hic esset, ut de venalibus Scholasticorum titulorum præmiis querelas virorum

rorum præstantium annecterem, nisi abundarent illæ apud scriptores rerum Academicarum superius indicatos, & exemplis ubivis prostantibus, levato, quod dicitur velo liceret inspicere in seculi nostri labem. Superiorum itaque scholasticorum merita, de quibus nostra hæc instituta est dissertatio, tribus tantum indicibus declarabo. De Theologiæ doctoribus & sui ævi Scholasticis Nicol. Cusanus apol. doctæ ignorant. discipuli ad discip. pag. 63. *Versantur, inquit, qui ad Theologiae studium se conferunt, circa positivas quasdam traditiones, & earum formas, & tunc se putant Theologos esse, quando sic sciunt loqui, ut alii quos sibi constituunt autores.* Idem omnes Scholasticos patris exceptis rerum ignaros verborum artifices sæpius dicitur. Aeneas Sylvius ep. 165. de Academicis & Scholasticis sui temporis. *Maximum huius (Viennensis scilicet) Gymnasii vitium est, quod nimis diutinam operam in Dialectica, nimiumque temporis in re non magni fructus terunt. Qui magistræ artium titulo decorantur, hac una in arte maxime examinantur. His omne studium in elementis est, vanisque convulsionibus, solidè*
haud

baud quidquam. In Planctu Bernhard. Westerrodi Monachi Corbeiensis (vixit seculo XIV.) hæc de Scholasticorum præmiis occurrunt.

<i>Eligitur Prepositus</i>	<i>Habere nomen appetit,</i>
<i>Decanus vel Scholasticus,</i>	<i>Rem vero nec curat nec scit</i>
<i>Vt alios defendat,</i>	<i>Examine contempto.</i>
<i>Qui semet ipsum destruit,</i>	<i>Quid dicam de presbyteris,</i>
<i>Et omnia qua reperit,</i>	<i>Quos presul sine literis</i>
<i>Diabolo commendat.</i>	<i>Ad ordines deducit:</i>
<i>Jam sit magister artium</i>	<i>In quibus nec scientia</i>
<i>Qui nescit quotas partium</i>	<i>Nec vita condecencia</i>
<i>De vero fundamento</i>	<i>Ad minimum reluctet.</i>

Videri quoque meretur Turba illa mitratorum stultorum (i. e. promotorum) in nave stultitiæ Gaileri a Kaisersberg turba i. p. ii. quo loco vulgi sannas & sparsa in eos dicteria refert. Et imprimis Vives de corrupt. artibus l. 9.

(2.) Quem-

(2.) Quemadmodum vero sol, maximas de se umbras spargens longissime adhuc a cœli culmine abest, ita quoque Scholastici dum a perfecta rerum cognitione remotissimi fuerunt, externa ista splendoris umbra sese quam maxime ostentant. Scilicet λόγος ὄκνον ἀμαθία δὲ θράσος φέρεται. Et quanta illa Scholasticorum ἀμαθία & quam foeda barbaries! ut faciliori negotio Augiæ-stabulum repurgari, quam hujus barbariei turpitudinem sufficienter ostendi posse existimem. Pergam tamen ea, qua hætenus institui, via, atque hujus barbariei tenebras non mea sed face testium aliorum collustrabo. Ex illis quæ de causis corruptelarum Scholasticarum c. 3. præfati sumus, facile colligitur, quod Pontificum perverforum ambitio & fastus una cum ipsa pietate ingenuarum quoque literarum lumen extinxerit. *Ubi enim alii ritus præstata religione abolita subiere, & circa alia docenda mentes hominum detenta, & avaritia tantum artes culta, pessimum quoque iere vita pretia, omnesque a maximo bono liberales dictæ artes in contrarium cecidere, & servitute sola profici captum. Hinc alius alio modo & in aliis (Pontificibus) adorare, eodem tamen habendi, cujus erat spes, omnium tendent*

206 Cap.V. De Adjunctis nonnullis

te voto. Passim vero etiam egregii aliena vitia, quam bona sua colere malle. Ergo hercule voluptas vivere cepit, vita desit. Verba Plinii sunt proœm. l. xiv. quibus in pejus lapsum opum studio ac voluptatum amore artium culturam deplorat. Eadem literarum fata scholasticorum tempore fuisse testibus permultis de Monachorum voluptatibus, otio & assentandi libidine demonstrare possem, si scirem me de hisce velut ignotis memoraturum. Cum autem undique illa oculos nostros feriant, insigniora tantum exempla & barbariei tam foedæ patronos strictim delibabo. Verissime Satyricorum princeps:

*Corrumpunt vitiorum exempla domestica
magnis*

Cum subeunt animos autoribus.

Et quantum credemus ad barbariem momenti accessisse, cum summi Pontifices ad propagandam eam signum sustulerunt. *Seculum* quippe illud quo caput potissimum extulit Scholasticorum natio, *doctrina & ingenio claris Pontificibus exhaustum* Chronol. l. 4. Genebrardus vocat. Et Alphonfus a Castro l. 1. adv. Hæretic. c. 4. (edit. ann. 1543. aliis erasa sunt.) *Cum*
conficit

constet plures Papas adeo illiteratos esse, ut Grammaticam penitus ignorent: qui fit, ut sacras literas interpretari possint. De Paulo II. Platina, Humanitatis studia oderat & contemnebat, ut ejusmodi studiosos uno nomine hæreticos appellaret. Hanc ob rem Romanos adhortabatur, ne filios diutius in studiis literarum paterentur, satis esse si legere & scribere didicissent. Scilicet intererat Pontificiæ salutis, ne armis istis Theologi instruerentur, quibus tandem Antichristianismus expugnaretur, ideoque Julianum Apostatam imitatus, suis tam salutaribus præceptis, juventutem scholis prohibebat. Præteribo cæteros, monstruosos, & undiquaque turpissimos Baronio judice, quos & Æneas Sylvius, antequam ipse ad gubernacula Papalia admoveretur absque literis, absque moribus, sermone leves atque vita, ad cathedram Papaseni magno numero ascendisse querebatur; Et ad Episcopos, Scholarum inspectores, & quasi Proto-Scholasticos accedam, huic suo Apollini non multum dissimiles. De hisce Clemang. de corrupt. Eccles. statu. c. 6. *Non a studiis aut Schola, sed ab aratro etiam & servilibus artibus ad parochias regendas cæteraque beneficia passim proficisciebantur, qui paulo plus latina lingua quam Arabica*

208 Cap. V. De Adjunctis nonnullis

bica intelligerent, imo & qui nihil legere & (quod referre pudet) Alpha vix nossent a Beta discernere. At morum in illis compositio hanc forte ignorantiam excusabat? Imo si parum docti, multo negligentius morati, utpote qui absque literis in otio educati nihil nisi impudicitias ludos, commensationes, jurgia, vaniloquia, sectentur. Et hæc fuere secula ista, quibus vera Philosophia studiis incumbentes in magia suspicionem adducebantur. Bellarm. de Rom. Pontif. l. 4. c. 12. & quo melior Grammaticus quis erat, eo pejor Theologus habebatur, Cyclopico & vere asinino Johannis Dullardi judicio. Quod si qui humanitatis studium susciperent, aut etiam seculi ignaviam castigarent, præter scuticam Angeli Hieronymum increpantis & fœderis religionem, quod cum Francisco aut aliis pepigerant, tum quoque privilegia Juris Canonici, Gregorii illud effatum velut cœlo delapsum ancile continuo objiciebant, ex distinct. 38. ca. indignum. Indignum vebementer existimo, ut verba cœlestis oraculi restringam sub regulis Donati. Quin eo jam res devenerat, ut nec Baptismi formalia rite pronunciarent. Sic enim baptisabatur in nomine Patria & Filia & Spiritua sancta. 3. Part. decret. de consecr. dist. 4. Can. 48. Avent. Annal. Lat. l. 3. p. 397.

Et

Et si qui de natura rerum ex Philosophiæ principiiis disputarent, fulmine Papali ad orbem usque affligebantur. Hoc namque stupidum, cur enim infallibile vocem, Zachariæ decretum occurrit contra Vergilium, qui Antipodes dari assererat, legato in Germaniam commendatum apud Avent. ann. l. 3. p. 297. *Vergilium Philosophum, (si sacerdos sit, inquit, nescio) ab templo Dei & Ecclesia depellito, sacerdotio in concilio abdicato, si illam perversam doctrinam fueris confessus.* His quoque temporibus videbantur sacerdotes omnes fere ubivis humanitatis studia abjurasse, quandoquidem in provinciis integris vix unus esset, qui officium sacrum latina lingua scriptum intelligeret, vel interpretari posset, ut Rex Alfredus in præf. Pastoral. S. Gregorii de Northumbriæ sacerdotibus proditum reliquit. Quid autem addi poterat ad summam barbariem, cum ignorantia professio in summa virtute poneretur, & devotissimi haberentur, qui stupore ad pecudes proxime accedebant. Ortus enim *ordo Fratrum ignorantia*, qui sacra scriptura ad tegendam ignaviam suam abusi, semper illud in ore habebant, *litera occidis*, idque

O

unice

unice studebant, ut ineruditi, rudes ac illiberales haberentur. Quis crederet Franciscum, quem inter sanctos Pontificii colunt, tam profane ac turpiter de donis Dei excellentissimis sensisse, nisi diræ ejus in literatos insignis impietatis monumentum extarent l. 7. Exemplor. patrum narrat. 36. ex actibus S. Francisci, unde huc adscribam.

Quidam Frater minor, Frater Johannes de Sciacchia dictus, valde literatus minister erat tempore S. Francisci in Bononia, qui ordinavit studium Bononiae absque licentia S. Francisci. Beato autem Francisco absente, nunciatum est ipsi, tale studium ordinatum fore Bononiae: tunc Franciscus immediate ivit Bononiam, & dure reprehendit ministrum illum, dicens: Tu vis destruere ordinem meum: desiderabam enim fratres magis orare, quam legere aut studere. Recedens autem de Bononia S. Franciscus, prædictus minister, ordinavit studium, sicut prius, nec curavit S. Franciscum. Unde ipse turbatus maledixit ei maledictione dura, qui statim post maledictionem cepit infirmari, & sic infirmus graviter misit per fratres, rogando S. Franciscum, ut retraheret maledictionem, sed respondit B. Franciscus dicens: Illam maledictionem, quam ei dixi, confirmavit Dominus in celo, & est maledictus. Infirmus itaque jacebat minister ille super lectum. Et descendit ex alto, ipse sic super lecto jacente, quadam gutta ignea & sul.

sulphurea, super corpus ejus penetrans eum totum, & lectum etiam in quo jacebat, & sit miser ille cum maximo fetore expiravit & Diabolus accepit animam suam. In qua narratione emolli-

enda varie se torquet Tholos. de Rep. l. 17. c. 12. At patientur forsan libenter hanc rusticitatis notam monachis inuri, qui nunc in Papatu supra monachos se sapere existimant, pro Scholasticis vero dicent, in quibus omne causæ suæ præsidium ponunt, eosque a fœdo ignorantiae ac barbariei crimine liberabunt. Fateor equidem insigni hoc præ Scholasticis privilegio gaudere Sacerdotes, quod his liceat esse barbaris atque indoctis. Sic enim in Distinct. 38. c. sedulo.

Non iridebunt Scholastici, si aliquos Antistites & Ministros Ecclesie forte animadverterint cum barbarismis & solæcismis Deum invocare, vel eadem verba, quæ pronunciant, non intelligere, perturbateque distinguere. & c. quamvis ead. distinct. ratio additur.

Quia morum vitia magis quam verborum sunt præcavenda. Pariter autem ob solæcismos & barbarismos exigendi & Sacerdotes & Scholastici, atque hi ego magis, quod in fordidis sacrificulis maculæ istæ non facile appareant, Scholasticorum verò titulorum & decorum insignibus hæc igno-

rantia & ruditatis caligo magis illustrata eluceat. Exempla ipsa videbimus. Quam egregie & acute Thomas Scholasticorum antesignanus distinguit 2. sentent. dist. 9. n. 4. Inter Cherubim ; Cherubin & Cherub. *Dicendum, inquit, est, quod nomina ista desinentium in In, ut Cherubin, Seraphin sunt neutri generis, pluralis numeri, & ponuntur pro toto collegio unius ordinis. Desinentia autem in Im sunt masculini generis, & pluralis numeri, & ponuntur pro pluribus personis unius ordinis. Sed Cherub & Seraph sunt masculini generis, & significant unam personam illius ordinis. Eiusdem generis est & forsan adhuc magis stupendum de Alleluja commentum Guilielm. Durand. rational. divin. offic. f. 58. Est Alleluja, inquit, Hebraicum nomen : cujus expositio secundum Innocentium III. ex 11. Ps. habetur, cui cum Alleluja pramittatur in titulo, statim Psalmus exponendo titulum, incipit. Laudate pueri Dominum. Unde secundum eum Halleluja interpretatur: Laudate pueri Dominum: Augustinus vero sic exponit. Al. i. e. saluum, le, i. e. me. lu, i. e. fac ja. Domine, Hieronymus sic. Alle, i. e. cantate, lu, i. e. laudem ja, i. e. ad Dominum. Gregorius sic Alle Pater, lu, Filius, ja, Spiritus Sanctus: vel Alle, i. e. lux, lu, i. e. vita, ja i. e. salus, Magister Petrus Antisiodorensis sic: Al i. e. Altissimus, le, i. e. levatus in cruce.*

lu.

lu. i. e. lugebant Apostoli. ja, i. e. jam surrexit. Sic & de Osanna Beleth. Rat. divin. officio. c. 35. Osi. i. e. obsecro, anna, i. e. salva. Inde Osanna quasi Osianna, ex corrupto & integro. Eodem modo turpiter se dant, quando Græca exponere aggrediuntur. Adhæc enim velut nodum Gordium trepidant, cumque Accursii illud, *Græca sunt, legi non possunt*, usurpare nolunt, aliis fiunt deridiculo: Quis enim a risu temperet, cum audit: *Cardinalis dicitur a Cardo, Cardo autem a Cardian. i. e. cor, quia sicut ostium vertitur in cardine claudendo & aperiendo illud, & cor movet ac regit hominem, sic quatuor virtutes, quæ ideo dicuntur cardinales, vertunt corda cardinalium ut claudantur vitiis & aperiantur virtutibus.* Antonin. part. 3. summ. lib. 21. c. 1. *Symbolum, a syn, & bolus quia quilibet Apostolus suum dictum velut morsellum adjecit.* v. Parker. de desc. ad infer. l. 4. *Abyssus, ab a, & byssus, genus lini candidi. Pappnutius quasi Pannutius quia vilibus pannis indutus, Mania quasi furor manens. Mendicus, quasi manu dicens, Ave, quasi sine va Eva. sexcenta alia suppetunt, sed piget nugas istas repetere.* Quis vero nitor eloquii, quæ facundia, & splendor orationis eorum esse poterat, qui omnem annalium memoriam & ipsos

linguarum fontes aut ignorabant turpissime, aut studiose etiam condebant atque obruebant? Verissime Aventinus Annal. Bojor. l. 3. initio. *Illustria literarum monumenta incuria temporum & Stoicorum Macraologorumque tyrannide & superstiti one non solum neglecta, sed etiam misere accepta ac dilacerata sunt. Superioribus enim seculis istis Theologistis dominantibus, qui cultioribus literis bellum indixerant nihil, quatenus ipsis licuit, nisi quod eorum barbariem, nugas & heresim oleret, servatum est. Tot certe in eorum scriptis barbarismi ac solœcismi occurrunt, ut numero vincant annotantis industriam. Cui vero libuerit omnia novarum & absurdarum vocum monstra nosse, Vossium de Vitiis Latini Sermonis, Spelman. Lexic. Archæolog. Glossar. Somner. Lindenbrog. aliorumque evolvat. Et præcipue Lexicon Philosoph. Goclenii addit. *de vocibus & phrasibus obsoletis, minus usu receptis nuper natis. ineptis lutulentis, subrusticis, barbaris & semibarbaris, solœcismis & hypsolœcismis, ut inscribit. Elegantiæ autem sermonis exemplum quis capiet ex epistolis obscurorum virorum, quas ab Hutteno scriptas fuisse judico, ad quarum lectionem in tam vehementem risum Erasmus solutus fertur,**

ut

ut in facie abscessus, vt Medici vocant, alias secandus rumperetur. Atque hæc quæ modo recensuimus, si minus ruditatem Scholasticorum ostenderent, ipsa tyrannis eorum sat manifesto doceret, quo fuerint in literas animo dum suis ex academiis velut Plato e Republica Poëtas & Philologos ejecerunt, eos itemque hæreseos insimularunt, qui Græcum Novi Testamenti & Hebræum veteris Instrumenti codicem ex corruptorum manibus asserere studebant. Aperte hoc fatetur Cl. Espencæus i. ep. ad Timoth. c. 3. *In latinis autoribus Græce nosse suspectum fuit, Ebraice prope hæreticum.* Nec diffiteri potest, qui Conradi Celtæ Viennensis Philologi criminationes apud Aventinum Annal. l. 1. ed. German. p. 217. Vallæ persecutionem, Reuchlini pericula, & Erasmi calumnias ob linguarum studium perpessas, memoria recoluerit. Sic pro barbarie velut pro aris & focus a Scholasticis pugnatum fuit, hoc enim Palladium erat, quo salvo ipsa quoque traditionum Helena bene custodita putabatur, cujus rei probandæ si alia deessent argumenta, id sufficeret, quod post restitutos etiam utriusque foederis

codices authenticos, publica Concilii Tridentini autoritate Vulgatam versionem, tot mendis scatentem, de controversiis fidei judicare voluerunt, cum falsariorum vitio Mariolatia & alia superstitiones praesidii quidpiam in ea venisse putarentur, de quibus legi meretur Sixtin. ab Amama Anteb. Bibl. l. 1. c. 7. Quin eo impietatis ex Jesuitis nonnulli processerunt, ut ad corrigendos ex vulgata versione fontes impellere Christianos non erubescerent, de quibus idem autor poterit videri. De hac Scholasticorum barbarie Henricus Stephanus pluribus disseruit praefat. in Herodotum, quae ejus rei gratia expungitur ab Indic. expurgator. & magnum malum capiti fortunisque autoris contraxit, uti videre est ex Tollii append. ad Pierium de literat. infelicit.

(3.) Praeter hoc foedum barbariei studium in Scholasticis, turpior etiam servitus notanda venit, quod, sicut Verulamius loquitur, *quemadmodum corpora eorum in cellis caenobiorum, sic animus in unico Aristotele fuit conclusus*, de aug. scient. l. 1. p. 16. nec illum Platoni modo & aliis veterum praeposuerunt, sed *quoque sacrarum literarum*
arbi.

arbitrium seu clavem, ut Aventinus loquitur, eidem commiserunt. Verissime namque Lutherus apud Sleidan. l. II. commentar. Aristoteles Theologis in summo pretio est, & nihil ab eo dictum, tam absurdum & alienum a nostra religione, quod non defendant, quod non aliqua interpretatione, quantumvis longe petita circumvestiant, quo suus illi constet honos atque nominis existimatio. Hunc insanum Aristotelis amorem sæpius in Scholasticis reprehendit Fr. Patritius, qui fere primus jugum philosophiæ demisit, quo eam barbari presserant. In præfation. ad Pontificem Novæ de universis Philosophiæ. Cum multa de Platonis laudibus magnifice satis dixisset, Aristotelis contra sententias elevasset, quippe a patribus ecclesiæ proscriptas, subinfuit. *Quadringentis abhinc circiter annis Scholastici Theologi in contrarium sunt annisi, dum Aristotelicis impietatibus pro fidei fundamento usi sunt. Excusatos eos habemus, quod cum Græcas literas nescirent, Platonicos cognoscere non potuerunt. Non vero eos excusamus, quod impietate pietatem astruere sunt conati.* Disertius Philosophiæ exinde contractum damnum idem exponit in Aristotele exoterico, cum Patres laudasset Platoni æquiores, ab Aristotelicis autem principiis

maxime dissidentes, & quoque errores tetigisset, ex Peripateticorum dogmatibus in Theologiam derivatos. *Quibus ex rebus, ait, quis magnopere miretur, quid iis Theologis nostris, qui e Parisiana Schola quingentis ab hinc annis prodierunt, in mentem venerit, quod contra Patrum tot testimonia tot autoritates, Aristotelem Platoni prætulerunt, sed vel partem vel etiam universam Averrois imitati commentariis quamvis satis infeliciter explanarunt. Sed etiam ipsum inditum & maxime omnium repugnantem, & contradicentem Christianum effecerunt. Ex ejus nimirum impiis fundamentis fidei Catholice fidem acquirere vel augere annexi, & Philosophia ejus ut plurimum falsissima dogmatis desumptis in Theologiam invexerunt; & questionibus implicitis & pene insanis & nunquam finituris eam coinquinarunt, & pro sincerissima & candidissima sordidissimam reddiderunt. Et intantum, ut videtur, furoris sunt delati, ut anatHEMA facerent eum, qui Aristotelis definitionem respuere auderet. Eadem Philosophiæ fata queritur Vives in l. 8. de C. D. c. 10. Atemporibus Platonis & Aristotelis usque ad Alexandrum Aphrodisicum, qui dixit*

dixit Severo & ejus filio principibus, Aristoteles nominabatur magis, quam vel legebatur a doctis, vel intelligebatur. Primus ille aggressus eum enarrare, & adjuvit studia multorum, & ad alia in eo philosopho querenda excitavit: Mansit tamen crebrior in manibus hominum & notior Plato, usque ad Scholas in Gallia & Italia publice constitutas, id est quamdiu Græca & Latina Lingua diguerunt. Postea vero quam theatrica cœperunt esse disciplina, omnisque earum fructus existimatus est, posse disputando fucum facere, & os obturare, & pulverem ob oculos jacere, idque imperitissima peritia, & nominibus ad libitum confectis, accommodatiores ad rem dist sunt libri logici Aristotelis & Physici, relictis permultis ejus præclaris opusibus: Platone vero, & quod ab eis non intelligeretur quamvis multa minus Aristoteles, & quod artificium non videretur docere, ne nominato quidem, non quod minorem aut ineruditio rem putem Platone Aristotelem, sed quod ferendum non est Platone sanctissimum Philosophum præteriri, & Aristotelem ita legi, ut meliore rejecta parte qua retinetur, id cogatur loqui, quod ipsi jubent, stultitiam

me-

meras, quales non dico Aristoteles, sed nec quisquam illius temporis per furorem cogitarit. Id vero atrocius in Scholasticis crimen, cujus ipsos Campanella insimulat. de Gentilib. non retinendo Quæst. I. pag. 18. quod scilicet major apud eos Aristotelis honor, quam sacrarum literarum. Ibi namque de Abailardo recitat ex Bernard. epist. ad Innoc. III. *Petrus Abailardus scripturas subjecit Philosophis, precipue Aristoteli & patres dixit esse ignorantes & nihil dictorum suorum probasse,* de Jandunensi testimonium Niphi laudat in exposit. de substantia orbis. *Quod plus crediderit simplici verbo Averrois, quam sacris scripturis, & Theologis, & Deo.* Sui temporis Scholasticos ad Carpocratianos & Theodotianos refert. Sic enim ibid. *Carpocratiani & Theodotiani heretici adorabant Aristotelem pro Deo.* Baron. Tom. 3. *Non minus faciunt moderni, qui dicunt Aristoteli non esse contradicendum, propter quod Melchior Canus iratus ait. Habent Aristotelem pro Christo, Averroem pro Petro, Alexandrum pro Paulo.* In iis quæ sequuntur atheisimi autores Scholasticos fuisse pluribus asseverat. In Appendice ar-

arti
las
quo
lite.
bon
Ch
&
sen
pra
Doc
tos,
Hier
sost
atq
ejic
pb
bat.
qua
tuer
Ben
xin
tre
qu
imp
dit.
ver
atte

articuli 2. pag. 51. Sic tandem finit querelas de Scholasticis. *Adverte ex jam dictis quod maxime advertendum est, quod jam literatorum turba non modica plorantibus bonis doctisque ejecerunt de Scholis Patres Christianos, ut Aristotelem introducerent, & in Cathedra collocatum confirmare possent: siquidem quando cum eis disputatur præsertim contra Aristotelem, si allegas SS. Doctores quamvis in scientiis consummatos, August. Basil. Ambros. Cyrill. Justin. Hieronym. Cyprian. Bedam, Gregorios, Chrysostb. Isid. aut alium ex cæteris sanctissimis atque doctissimis, statim exhibent, negant, ejiciunt, affirmantque, hos Patres ignorasse Philosophiam. At si Aristotelem allegas, statim tacent, acquiescunt, venerantur tanquam textum sacrum, & qui errare non poterit. Repetit ibidem Cani dictum & Bembi vaticinium in paradox. De proximo est, ut de templo expellant eosdem Patres, quos de Scholis expulerunt, retineantque unum Aristotelem non absque magna impietate, & SS. conciliorum collisione & vituperio, & infidelium gaudio. Id ipsum vero, quod Campanella veritus, jam olim attentavere Scholasticorum perditissimi.*

De

De Rivvicho namque Genebrardus pro-
dit Chron. p. 725. Quod Christo Aristo-
telem longe prætulerit: Et Melanchton
audivisse se in Palatinatu, qui pro concio-
ne non ex Scriptura sacra, sed Aristotele di-
xerint. Quod certe ex omni seculorum
memoria apud Christianos inauditum.
Sed inquirunt, privata hæc fuisse crimina
hominum terque quaterque nequisimo-
rum, nec toti Scholasticorum cœtui im-
pingenda, at vero, qui vel a limine scripta-
corum salutaverint, illico deprehendent,
quod utramque paginam neglecto Dei
verbo Aristoteles ubique faciat, & ab illius
oraculo veritatis responsa petantur. Isto
autem in honoris fastigio ut collocarent,
gentilium primum numero dein & homi-
num exemerunt, atque inter summos cœli
indigetes simplices supra martyres collo-
carunt. Discimus hoc ex Agrippa de vani-
t. scient. c. 54. *Aristoteles dignissimus
Latinorum gymnasiarum Doctor, & quem
Colonienses mei Theologi etiam divi adnu-
merarent, librumque sub prelo edulgarum
ederent cui titulum facerent de salute Ari-
stotelis, quem Theologica in super glossa illu-
strarent, in cujus calce concludunt, Aristo-
telem*

telem
valib
in gra
pæ el
facer
enim
nis h
sione
libru

verita
tamen
agita
aliqu
men
stitur
pond
versia
stim t
atque
men
mus,
rum
rum f
ampl
tam
quanc

telem sic fuisse Christi præcursores in naturalibus, quemadmodum Johannes Baptista in gratuitis. Nec est, ut hic fidem Agrippæ elevent Scholasticorum patroni, quod facere non verentur hætenus, producere enim contra ipsos possum ineptas quæstionis hujus magistralis, uti vocant, conclusiones, quas inde descripsi, cum in manibus librum illum haberem.

(4.) Etsi vero Aristotelem limam veritatis ac interpretem haberent, tantis tamen inter se controversiarum fluctibus agitabantur, ut impossibile esset, unum aliquem tot litibus & controversiis dirimendis sufficere. Non patietur nunc instituti nostri ratio ad veritatis tribunal ponderatis utrinque rationibus controversias omnes revocare; Ideoque strictim tantum de ipsa litigandi temeritate, atque animorum in frivolis etiam vehementissima contentione quædam dicemus, ut appareat, quomodo corruptelarum seges bella ista & dissidia Cadmæorum fratrum nunquam non aluerit. Vix amplexi erant Loquentium manu traditam Philosophiam Christiani Doctores, quando aperta statim in Gallis Schola Ru-

ce-

celinus Petri Abailardi Præceptor voces atque res in Rationali Philosophia inter se divisas intestino bello commisit. Unde eo autore refert Aventin. Annal. Bojor. l. 6. p. 624. duo Aristotelicorum Peripateticorum genera esse cœperunt, inter qua duo genera dissidium & bellum civile semper fuit. Illius Thomas Aquinas Italus, & Joannes Duns Scotus: Hujus Nominalium scilicet, Wilbelmus Occomensis Anglus (cujus sepulchrum marmoreum apud nos in Bojaria Monachii in templo Franciscanorum monstratur) Marsilius Heidelbergensis Academia, Joannes Buridanus Viennensis Gymnastii institutor, Gregorius Ariminensis Viennæ humatus ante signati sunt. Alios & tot munitos Peripatetica familia Philosophos & proximos quosque a prioribus dissentientes reperio. Alii subinde alia opinioniones, alia placita sunt, ita fit, ut nulli duo concinant. Acutissimus censetur, qui maxime ab aliis discreparit. Eruditionem discordia metiuntur, se invicem jugulant, se ipsos indicem conficiunt, atque consumunt, nunquam concordēs nisi cum conspirarint: sunt qui armati adversus omnes omnium reprehensiones inter se collegant, eamque

pe-

pestem Grammaticæ Theologie nimirum Scholasticæ atque Umbraticæ. Eodem ore idem Aventin. annal. German. edit. l. i. p. 218. In hæc diffensiones invehitur, cuius verba latine reddam : *Ante trecentos annos Mendicantes & Academici Aristotelem extulerunt, variisque in illum commentariis editis dissidere cœperunt inter se, alius aliter semper exposuit, quilibet singulari modo ac opinione, ita, ut in uno aliquo pertractando totum vitæ tempus consumat, nil legat, nil intelligat aliud, condemnat reliquos, cum illis rixetur, altercetur, belligeretur, litiget. Et ita omnes felium in morem inter se committantur. Hic Sophista est, ille Thomista, alius Albertista, hic iterum Realista, ille Occamista, hic Marsilium sequitur, ille Tartaretum, alius Bricartum. Hic AntiChristus est, ille Moderinus, hic no-da, ille veteri incedit via, hic voces tractat, ille vocum significata, clamorum autem & rixarum non est finis, semperque inter se dissident, nisi cum aliorum sanguini insidiantur.* Hinc recenset labores suos ex decreto Principum in reducendis ad concordiam Professoribus Ingolstadiensibus susceptos deque Ludovico Bavaro refert di-

xisse sæpius illum coram consiliariis. *Existi-
mavi ego academiam me erecturam, qua
parens ac alumna esset sapientum ac docto-
rum virorum, quique & mihi & toti regioni
consulere possent, at video magis ipsos consi-
dii egenos ac nosmet esse. Nemo ipsos intelli-
git, nec se invicem, nec alter alteri quid-
quam concedit.* Quod vero attinet No-
minalium, Conceptualium, ac Realium li-
tem, etsi iudice Aventino & Melchiore
Cano l. 9. loc. Theolog. c. 7. parum in ea
momenti situm sit, tantis tamen acerbita-
tibus agitatam invenimus, ut Philosopho-
rum cœtu alter alterum ejicere non dubi-
tarit, cum inter eos convenire non posset.
Anselmus Cantu: Nominales ut *Dialecti-
cz barefiarchas*, & ut *ἀφιλοσόφως* eosdem
longissime a se Fonseca rejecit. Senten-
tiarum autem in hac re divortia, & multi-
plices argumentorum nodos si cui scire li-
bitum fuerit, Derodonem adeat, qui con-
troversias hæc & rationes earum utrin-
que volvit & revolvit in opere Logico suo,
& periculum faciat, num post crebras le-
ctiones distinguere possit inter diversas
opinionem contradicere studentium. Nec
mirum non deesse rabulis hæc dialecticis
dis-

differ
Agr
glori
sitas
quar
alter
prim
simu
mita
eum
quæ
sancia
multi
gister
se ma
conf
Iixtus
que s
mode
vario
dicu
circa
alios
ximo
ratio
& ma
potenz
siam ca

diffensionum materiam, cum, ut Cornel. Agripp. cenſet de Vanit. Scient. c. 8. *omnis gloria eorum non niſi in conditiis & ſtrepitu ſita ſit, ut qui non tam victoriam appetant, quam certamen nec veri inveniendi, ſed altercandi propoſitum; adeo, ut inter hos primas partes teneant, quicumque clamorofiſſimus eſt & impudentiſſimus, & lingua fremitu audaciſſimus.* Equidem majoribus cum habuerunt honorem Scholaſtici, ut quæcunque in ſcriptis eorum ſibi adverſaria offenderent, non maledictorum ſtimulis, ſed critica illa nota: *Non tenetur magiſter;* compungerent: Quin & ipſi inter ſe magiſtri non convitiis, ſed rationibus conſtiterant, unde Appar. Theolog. Calixtus p. 240. *Silentio involvenda non eſt qua ſane laudem meretur Scholaſticorum modeſtia, atque eo majorem, quo bodie eſt rarior. Nam licet quos Scholaſticos vulgo dicunt, ut in familias, ita quoque in varias circa dubia ſectas & ſententias diviſi, alii alios Duces & Doctores ſequantur, in maximo tamen diverſa tuendi ſtudio non niſi rationibus & argumentis agunt, conditiis & maledictis nullis, quorum ſeditas ex impotentia animi nata poſtremo ſeculo eccleſiam cepit inquinare.* Qui vero inter di-

scipulos ejusdem ætatis & contubernii erant, illis non infrequens procacis linguæ amentata tela invicem torquere. Quod & olim in Sophistarum scholis contigit, ut moto inter antisophistas graviori jurgio Consul quoque Romanus interueniens & studiosior partis alterius conditio incesseretur. Suet. Tiber. c. 10. Sic namque in academiis & gymnasiis Scholasticorum (Vives de corrupt. dist. l. 1. p. 42.) Clamores primum ad ravam, hinc improbitas, sanna, mina, conditia, dum luctantur & uterque alterum tentat prosternere: consumptis verbis venit ad pugnos, ad veram luctam ex ficta & simulata. Quin etiam qua contingunt in palestra illic non desunt, colapbi, alape, consputio, calces, morsus, etiam que jam supra leges palestra; fustes, ferrum, saucii multi, nonnunquam occisi. Estne hac exercitatio sapientie? Confirmat hoc Erasmus Epist. ad Voltzium præmiss. Enchiridio. Adornatur jam bellum in Turcas, sed quid futurum arbitramur, si videtis, ut Christum amplectantur Occamos, aut Durandos, aut Scotos, aut Gabrieles, aut Alvaros proposuerimus. Quid cogitabunt, aut quid sentient, ubi audient spinosas illas & inextricabiles argutias de instantibus, de forma-

litatibus
 praser
 venire
 fores,
 usque
 nunqu
 diglaa
 Thom
 tes,
 Serap
 tuente
 loqui.
 si, & si
 fendi
 causa
 enco.
 aliquo
 quam
 Pontij
 & vel
 hunt
 plicit
 sim qu
 pronu
 est, be
 bec m
 Edang

litatibus, de quidditatibus, de relationibus, præsertim ubi viderint de iis adeo non convenire inter magnos illos religionis professores, ut frequenter usque ad pallorem, usque ad convitia, usque ad sputa, nonnunquam & usque ad pugnos invicem digladiantur, ubi Predicatores pro suo Thoma cominus atque eminus dimicantes, Minoritas contra subtilissimos ac Seraphicos Doctores junctis umbonibus tuentes, alios ut Nominales, alios ut Reales loqui. Ulterius extra conflictum progressi, & si quæ a suis nugis aliena dogmata offendissent, illorum autores indicta etiam causa hæreseos condemnabant. Erasmus enco. Mor. Conclusiones suas, quibus jam aliquot Scholastici subscripserunt, plusquam Solonis Leges videri postulant, & vel Pontificiis decretis anteponeudas: Quin & veluti Censores orbis ad palinodiam trahunt; si quid usquam cum explicitis & implicitis eorum conclusionibus, non ad amussim quadrarit, non secus atque ex oraculo pronunciant. Hec propositio scandalosa est, hæc parum reverentialis, hæc hæresin olet, hæc male tinnit, ut jam nec baptismus, nec Evangelium, nec Paulus, aut Petrus, nec

270 Cap. V. De Adjunctis nonnullis.

*sanctus Hieronymus aut Augustinus, imo nec ipse Thomas ΑριστοτελικώτατⓄ Christianum efficiat, nisi baccalaureorum calculus accesserit, tanta est in judicando subtilitas. Nec tantum in his quæstionum scholasticarum minutiis omnis scholasticorum consumpta fuit industria, sed quoque publicis immixti negotiis eorum, quæ salutem Imperii publicam concernebant, arbitri suis in cathedris sedebant. Nota illa ex historiis G. bellinorum Welforumque factio, quorum utraque suarum partium scholasticos defensores habebat. Unde & Frithemuis Chron. Hirsaug. a. 1106. de Henrico loquens. *Ipse primus inter omnes Imperatores per Papam depositus. Scholastici certant & adhuc sub iudice lis est, utrum Papa Imperatorem possit depone- re. Qui autem Cesareanis partibus se ad- dixere Scholastici, vix totidem sunt**

*Quot Thebarum parte, vel divitis ostia
Nili.*

Pauci scilicet Wilhelmi Occami σύχρονος aut discipuli, (de quibus digna memoratur vid. apud Avent. Ann. Boj. ed. Lat. l. 7. p. 761.) Occamus v. anathemate papali percussus cum ad Imperatorem se contulisset, his

his ad eum verbis usus defendam te calamo, si gladio abs te defendar, nec tamen defensus excommunicatus decessit. Iisdem dissensionum & controversiarum nubibus ac procellis totam Theologiam Scholasticam involvère, dum (ut Corn. Agrippæ verbis utar de Theol. Schol. c. 97.) *omnem illam antiqua Theologia gloriam humanis opinionibus novisque erroribus extinxerunt, ac variis exponendi institutis ceu labyrinthis excogitatis, fucatis titulis defendendam doctrinam professi sacre Theologia nomen sibi furto & rapina usurpant, ac sanctorum Doctorum nominibus & institutis abuten-tes sectas introduxerunt, sicut olim in Ecclesia dictum: Ego Apollo, ego Pauli, ego Cepha, pretendentes studia ceram, quorum opera initiati sunt doctrinis, & jurantes in verba magistri ceteros spernunt, & non quid, sed a quo quid dicatur, attendentes.* Hinc nullus Theologorum nunc vere doctus habetur, qui non in sectam aliquam juraverit, illamque mordicus teneat, pertinaciterque defendat, illiusque nomen & stigmata nusquam non ostendet, & in ore habeat, ac ejus titulo se salutari & præferri gloriatur. Nam purum Christianum dici tantis Magi-

stris non est bonestum, cum cognomentum illud quilibet lanii, coci, pistores, sutores, sed & muliercula quaque cum illis habere queant commune, v. ib. plur. Has autem controversias & dissensiones in Theologicis

- *Qui scire velit, Libyci velit aquoris idem,*

Discere quam multa Zephyro turbentur arena,

*Aut ubi navigiis violentior incidit Eurus,
Nosse quot Jonia veniant ad littora flus.*

Tacebo hic Antipaparam intestina bella & mutuas excommunicationes: omittam diversas & secum pugnantes eorundem leges, & decreta, in quibus conciliandis Gratianus, libro, quem discordantium canonum concordiam vocat, oleum & operam perdidit, nec disceptabo Canonistarum & Scholasticorum de indulgentiis controversias. Silentio quoque involvam Monachorum ab Episcopis & Pontificibus quæsitam otio paupertatem olim redarguentibus, tum quoque ipsorum inter se ob quæstus & tutelares suos dissensum. Quis ignorat Parisiensium Scholasticorum & Prædicatorum tumultus in primis ad-

huc

huc academix incunabulis, cum Mendicantes Cathedras scholarum publicas involarent, seque solos myſteriorum ſapientix epoptas gererent: Quam Monachorum temeritatem cum peculiari libello academix nomine Guilielmus de S. Amore caſtigaviſſet, & ſummorum ſclerum dicam mendicantibus ſcripſiſſet, & jam velut AntiChriſti præcones vulgi pipulo monachi differrentur, tantam Pontifici bilem in nares concivit, ut bullatis diris illico librum iſtum feriret ac comburendum præciperet, videri poteſt, Matth. Pariſ. a. 1253. Tom. Contipratan. l. 2. c. 20. §. 23. & Specul. Minor. tract. 1. fol. 10. Sic quidem diſcordia velut *ignis ſuppoſitus cineri doloſo* ad tempus quievit, mox vero gliſcere iterum cœpit, quando in Prædicatorio ordine Thomas ac Bonaventura eminentes, iſtam nominis claritatem de ſe ſpangebant, ut Scholaſticorum Pariſienſium laudes non obſcurarent modo, ſed & detererent, hæreſeos dica primoribus ſcripta, ob condemnatos quondam ordinis ſui fratres. Simul ac vero e medio Thomas excedens, locum hoſtibus feciſſet acceptas injurias vindicandi, vocata in examen ejus ſcripta,

234 Cap. V. De Adjunctis nonnullis

nec obstante Pontificia, ut vocant, canonisatione, multa ex iis hæreseos postulata proscriptaque fuerunt. Videri de his poterit Henricus de Erphordia, qui & diplom. Stephani Parisiensis Episcopi de anno 1324. recenset, provocantis ad MCCC. suffragia, & prædecessorum suorum Episcoporum autoritatem, Thomæ doctrinam convellentium. Extat præterea catalogus errorum Thomæ, ut & Lombardi a Parisiensibus condemnatorum adjunctus editioni Lombardi, quam Jacobus Almain. Doctor Parisiensis luci commisit, ubi varie idem autor distorquetur, qua ratione & Divinitatem Thomæ, quam Pontifex eidem asseruit, tueatur, & simul eundem in judicium errorum nomine vocet. Sic quidem Parisiis Thomæ fama & infallibilis eruditio laborare cœpit, alibi tamen discipuli, ejus, velut Pythagoræ, placita adorare & mordicus tueri instituerunt; ut multiplicibus inde controversiis divisæ Dominicanorum & Franciscanorum, Jansenistarum item reliquorum Jesuitarum familiaria nunquam ad usque nostra tempora conspirarint. Id vero memoratu dignum, ea tempestate, qua Concilium Tridentinum

num habebatur, hos dissidiorum fluctus sic decreta patrum commovisse, ut quis sensus eorum esset, penitus ignoraretur, quandoquidem diversarum sententiarum autores suis quilibet partibus eum accommodarent. Cum enim de Natura & Gratia jam decrevisset sacer ille cœtus, pugnabant adhuc inter se Dominicus Soto Hispanus, & Catharinus Episcopus Minorienſis. Pater amicissimus, & in illa opinionum repugnantia non solum uterque ad concilium scribens asseverabat, sententiam suam esse synodi mentem, sed paulo post super eodem argumento Apologias & Antapologias scripsere, criminantes invicem, eum synodo affingi sensum, quem nunquam somniasset, adductis etiam utrinque opinioni sue firmandæ Patrum, qui una interfuerunt, testimoniis. Et vero Patrum nonnullis in hujus, aliis in illius favorem testificantibus, in duas prope partes synodus scindebatur, nisi quod quidam boni presules neutris addicti dicebant, se controversiam non satis intellexisse, assensum tamen decreto ea forma, qua fuit promulgatum, commodasse, quod inter partes convenisse videretur. Atque hic eventus (addit autor) omnibus spem adimit intelligendi concilii mentem, quando eo tempore inter ipsos, qui aderant, & primas in ea auctoritate obtinuerunt, de concilii mente non conveniebat.

Petrus

236 Cap. V. De Adjunctis nonnullis

Petrus Suavis histor. Concil. Trid. l. 2. p. 204. En discordes Fratres, en nescios decretorum suorum judices! Ob hanc ergo sententiæ infallibilitatem *δότε πρώτον καὶ μετὰ χειρῶν κτυπήσατε*. Plures eorum de resistentia Episcoporum controversias, ut & Dominicanorum & Franciscanorum de Conceptione B. Virginis (cujus litis decisionem amplissima legatione Pontificem exorare non valuit Rex Hispaniarum) p. 159. de modo transubstantiationis 295. de modo quo Sacramenta gratiam conferunt 211. deque pœna infantium absque baptismo morientium lites p. 157. in eadem concilii Tridentini historia videre est, & imprimis lubricas illas in indulgentiarum materia dissensiones, quas Luthe-ro reformationis ansam præbuisse autor idem commemorat l. 1. p. 5. Alia de hac materia occurrunt in Flacii Illyr. libro, quem de sectis, dissensionibus, contradictionibus, & confusionibus doctorum Pontificiorum inscripsit. Præcipue vero notanda, quæ ex hac Pontificiorum dissensione contra Papæ infallibilitatem Erasmus concludit annot. in 1. Cor. 7.

I. Cor. 7. Porro si verum est, inquit, quod quidam asseverant, Romanum Pontificem errore judiciali non posse errare, quid opus generalibus conciliis? quid opus in concilium accersere Iureconsultos ac Theologos eruditos? Si pronuncians labi non potest, cur datus est appellationi locus, cum semel de causa pronunciauit Pontifex? Quorsum attinet tot academias in tractandis fidei questionibus distorqueri, cum ex uno Pontifice, quod verum est, audire liceat? Imo qui fit, ut Pontificis huius decreta cum illius pugnent decretis. Sequentibus hanc pugnam decretalium fusius docet & ipsos etiam Pontifices in fide errasse, quæ nunc brevitatis studio omitto.

(5.) Quemadmodum vero contententibus inter sese injustis ac rapacibus persæpe evenit, ut earum mutuis jurgiis fraudes & furta propalentur: Ita quoque calescente inter scholasticos pugna, complures ex iis veritati insigne testimonium dixerunt, & quam pene egeraverant, decretorum Pontificiorum censuram ad posteros transmiserunt. Silentio hic præteriturus antiquiora & quodammodo adhuc argentea secula, sequiora tangam, quibus abolito patrum nomine Scholasticorum autoritas invaluit, & illa tantum delibabo, quæ in asserenda veritate præstite-

re

re doctorum nobilissimi, cum Anti-Christo animosum pectus opposuissent. Primis autem nascentis Parisiensis academix temporibus cum indulgentias, cœlibatum, imagines, reliquias, purgatorium, oblationes Missaricas, & summam Pontificis auctoritatem Monachi ubique creparent, primi illi scholarum in occidente Patres Alcuinus Clemens, & Johannes Scotus, Claudius Taurinensis, Adelbertus & episcoporum probissimi Bonifacio & Monachis novarum superstitionum præconibus acerrime restiterunt. De Alcuino Balæus Cent. 14. c. 32. refert, *displicuisse ipsum Romanis, quod Grecis adhaesisset & Pontificum dogma improbasset.* Improbasse autem ipsum Pontificia dogmata opus capitulare Carolinum testatur, cujus autor esse creditur; illo namq; libro non imaginum tantum cultus, sed & reliquæ Pontificum auctoritate invectæ superstitiones & traditiones damnantur. De Johanne Scoto variarum linguarum scientia exculcissimo Simeon Dunelm. de gestis Reg. Angl. (ad A. 884.) *ignoscendum ei in quibusdam quibus a Latinorum tramite deviauit. dum in Grecos acrius oculos intendit, quare & hereticus putatus est.*

Idem

Idem Guilhelm. Malmesbur. iisdem pene verbis confirmat de Gest. Angl. l. 2. c. 5. & epitaphium subjungit, quo inter martyres refertur, (discipulos siquidem in ipsum incitaverant Monachi, quod superstitiones & sacra missatica carpserrat, a quibus graphiis confossus misere periit.)

*Clauditur in tumulo sanctus Sophista Jo-
hannes,*

*Qui ditatus erat jam vivens dogmate miro.
Martyrio tandem Christi conscendere re-
gnum*

Quo meruit, regnant sancti per secula cuncti.

De Clemente Adelberto cœterisque Bonifacio obnunciantibus videri poterunt Aventin 3. Annal. & & Naucler. gen. 25. Claudius Taurinensis horum aut collega, aut discipulus, quid de Pontificum erroribus judicarit, dum idololatriam propagarent, patet ex libro Jonæ Aurelian. de cultu Imag. l. 1. Ubi ex Claudii epistola hæc recenset: *Nemo de merito vel intercessione sanctorum confidat. Quia nisi eandem fidem, justitiam, veritatem teneat, quam illi tenuerunt, per quam placuerunt Deo, salvus esse non poterit. Audite hoc insipientes in populo, & stulti aliquando sapite, qui intercessionem Apostoli Romam peragenda quaritis, quid contra vos dicat saepe dictus*
B. An.

240 Cap. V. De Adjunctis nonnullis

B. Augustinus De hæreditate & autoritate apostolica, qua sola Præsul Romanus superbiebat quid *sec. IX.* senserint Germaniæ Archiepiscopi, ex literis videre est, quas ad Nicolaum I. Guntherus & Tietgaudus dederant. Apud Morn. Myst. iniq. p. 389. *Civitas inquit, Dei nostri, cujus municipes sumus, ad universos cæli cardines pertinet, majorque est urbe, quæ Babylonia a sacris vatibus appellatur, ut quæ divinitatem usurpet, cælo aquet, se æternam fore jactitet, perinde ac si esset Deus, immortalæque sapiens, neque unquam se errasse, aut errare posse mendaciter gloriatur.* Notari præprimis meretur Synodus Rhemensis *Sec. X.* celebrata, ubi aperte Antichristianismi R. præsulempostularunt, memorat illam Flacius in Catalogo testium Verit. Edidit historiam Synodi ejus Gerbertus Abbas post Archiep. Rhemensis in locum depositi Arnulfi surrogatus, tandem etiam Papa Sylvester II. qui contra Pontifices eo in concilio steterat, vid. M. Anton. de Domin. l. 4. c. 8. §. 46. & seq. Majorum vestigiis insistentes Scholasticorum discipuli quæstuaris Monachorum & parasitorum auræ Pontificalis sonciones atre carbone notarunt. digna
notata

notatu sunt, quæ libro de Indulgentiis Weselus de iis annotavit. Num, inquit, leves tibi ac futiles causa videntur, quibus ab hac nova indulgentiarum assertione Patres ante Albertum ac Thomam, (ut ipsi scripto testantur) discesserunt? asserentes nihil esse, nisi piam fraudem, ac dolum non malum, quo plebs officioso errore trahatur ad pietatem? Non ergo temporibus illis omnes credebant: neque qui sincera sollicitudine verum quærebant, hæretici fuerunt. Mibi sane non parva illorum causa videntur, qui propter scripturæ auctoritatem necessarie consuetudinem a probabili sententia Pontificum discesserunt, iidem Parisienses Scholastici Monachos duplici libro (tit. *Ecce videntes clamabunt foris, & Tractatus brevis de periculis novissimorum temporum* qui Basil. 1555. excusus est, & in Matthæi Paris Historia continetur, refutarunt,) cujus sup. §. 4. mentionem fecimus plura dicturi c. seq. §. 3. Quod vero attinet Gratianum & Lombardum, regni Pontificii Atlantes & Scholasticorum Apollines, atque omnem eorum posteritatem, constat de eorum scriptis, quam sæpe contradicant hisce dogmatibus, quæ nunc quidem in Ecclesia Pontificiorum recepta ab omnibus docentur. Specimen ejus rei, in Gratiano videre est apud

Q

Flac-

Flacium scripto de controversi. Doctor. Eccles. Pontif. Præcipue vero in examine Concilii Tridentini ab Innoc. Gentileto conscripto, quo probatum dedit, conciliabuli illius sanctiones in multis articulis Canonibus veterum contrariari. Idem etiam Hallerus docuit collectis ex Gratiano testimoniis, contra novas Papalium superstitiones. Lombardi autem & reliquorum Scholasticorum sententias hodiernam Pontificum & Jesuitarum doctrinam confutantes Catalogo testium Veritatis, ut & Centuriis Magdeburgensibus Flacius complexus est. Quibus conferri poterunt Memorabilia Wolfii ejusdem argumenti, & qui horum vestigia secutus Johannes Schopfius Abbas Blaub. academiam Jesu Christi concinnavit. Ideoque ne actum agam, & post Homerum Iliada pangam, nomine tantum indicabo scholasticorum præstantissimos, qui ab errorum Pontificiorum communione recesserunt. Quis vero est, qui Bernhardum nesciat tantopere contra Pelagianos sui temporis dimicantem, & omnia a justificatione opera excludentem? Quem secutus Lombardus fidem justificare so-

lam

lam exclusis operibus docuit: Guilielmus
 vero Antisiodorensis in summa Theolo-
 gica contra eos pugnavit, qui justificatio-
 nis formalem rationem Charitatem pone-
 rent, nec diffitetur Bellarm. scrip. Eccles.
 p. 245. Thomas itidem contra meritum
 de congruo acerrime disputavit. (Videri
 meretur Thomas orthodoxiæ confessor,
 quem Pontificiis B. Dorscheus opposuit.)
 Nec probavit Bonaventura Lombardi &
 Thomæ sententiam, qui gratiam qualita-
 tem dici posse asseruerant. Bonaventuræ
 etiam de Sacramentis sententiam, contra
 Thomam Franciscus de Mara Franciscanus
 Parisiensis Doctor defendit edito libro
 (1288.) quem Reprehensorium Thomæ
 inscripsit. Seculo sequenti Joannes Pari-
 siensis D. & professione Dominicanus
 transubstantiationem impugnavit, editis
 duobus libris, quorum altero panis sub-
 stantiam post consecrationem manere do-
 cuit, altero Anti-Christi doctrinam osten-
 dit & detestatus est. Eodem seculo Tho-
 mas Bradwardinus Anglus, & Gregorius
 Ariminensis, emancipatas peccatis homi-
 num vires agnoscentes, & omne earum in
 conversione auxilium negantes solam gra-
 tiam

244 Cap. V. De Adjunctis nonnullis

tiam & justificantem sine operibus nostris fidem asseruere. Hos secuti Marsilius Patavinus, qui nervose & eleganter de gratia scripsit, Henricus de Heuta, qui Viennæ de justificatione gratuita publice ex scripturis docuit, & Wandalinus, qui Bieli collega suo se opposuit, cum ab eo meritum de congruo proponeretur. Ut interim de Husso, Hieronymo Pragensi eorumque discipulis nihil dicam, quos Scholasticorum exercitatissimos fuisse constat, & ad mortem usque cum AntiChristo luctatos. Ingentes certe eorum laudes ab hostibus profectæ extant, quibus magis adhuc memorabilis assensus nonnullorum, quem confessioni eorum præbuerunt. Sic namque de iis sentit episcopus Chemensis ore Ecclesiæ c. 18. §. 7. cum recensisset dogmata eorum. *Ob bujuscemodi doctrinas (quibus forte a Roma tolleretur locus, & gens sua) in concilio Constantiensi rupto salvo conductu ambo exusti sunt. An hac vel alia eorum dogmata fuerint nova vanitatis, an evangelica antiquitatis nescio: Ego non judico quenquam. Hoc certum habeo, eos sua sponte tam forti animo supplicium incendiarii subiisse, ut nemo Philosophorum sustinenda morte superaverit illos. Eadem confitetur vi veritatis adactus Aeneas Sylvius C. Pius*

Pius II. histor. Bohemic. c. 36. Ubi constantiam martyrum horum, & Poggii epistolam testem laudat. Poggius vero *αὐτόπτης* epistola, quam laudat Sylvius, ad Aretinum data, diffusus est in laudes Hieron. Pragensis, ut ob id etiam Responsoris Aretini reprehendatur. Ut vero ad Sorbonam, Scholasticorum metropolin, revertar, memorat Erasmus Annot. in I. Cor. 7. quod *in causa fidei Schola Parisiensis aliquando publicitus improbavit Romani Pontificis dogma, eumque ad palinodiam compulit, si qua fides historiis adhibenda est. Nisi forte fabulam vanam esse putamus, quod refert Johannes Gerson in sermone quadam Paschali de Johanne ejus nominis XXII. qui decernebat ante diem judicii non esse puniendas animas impiorum: quem errorem publicitus explosit schola Parisiorum, Pontificem adigens ad Palinodiam, nec dici potest, hanc errorem privatum fuisse Pontificis: sed publicum fuisse oportet scripto, aut etiam decreto vulgatum, cum ea res adeo commoverit Gallie regnum.* Sup. (c. 3. p. 43.) ex literis Academiae Parisiensis, Oxoniensis itemque & Pragensis recensuimus nonnulla, quibus tyrannis Papalis acerbè perstringitur, ita ut omnis corruptelarum culpa in Pontificem conjiciatur: privatae vero Doctorum censurae

Q 3

plu.

246 Cap.V. De Adjunctis nonnullis

plures sunt. Sic namque Gerson, Parisiensis academiae Professor facile primarius, tempore Concilii Constantiensis edito de excommunicatione & censuris Papalibus scripto, ambitionem pariter & tyrannidem Pontificis denudavit, quem librum cum Italico idiomate Pa. Sarpus historiae de Concilio Tridentino autor, Venetorum jussu publicasset iterum, non tantum a Bellarmino haereseos postulatus, sed & diris insidiis a Pontificibus appetitus est, ut ex vita ipsius praefixa concilio Tridentino patet. Easdem olim persecutiones Gerson sustinuerat, cum frenum injicere studeret laxatae Pontificum libidini; quod cum alia ratione obtinere non posset corruptis a Pontifice patribus Concilii, Cardinalium dignitatem scriptis suis in eam extulit gloriam, ut cum Papa universalis Ecclesiae caput vulgo tunc haberetur, cardinales universalis Ecclesiae procuratores, & quasi tribunos constitueret, qui Pontificis decretis intercedere possent, de quo pl. M. Ant. Dom. R. E. l. 4. c. 5. §. 45. Sic quoque cum indulgentiae per Gallias iterum Pontificiae divinitatis praetextu divulgarentur, ad concilii censuram appellatio-

ne,

ne, & protestatione edita, (excusa Colonia 1537.) Sorbona provocavit. Videri de his Sorbonistarum censuris in Pontificios rabulas & exactores Gentiletus potest examini. concil. Trid. l. 5. a p. 371. ad 393. Quia ipso celebrati a Tridentinis concilii tempore in dissensionibus convenarum haud parum veritas eluxit. Cum enim, ut supra ex Sarpii historia vidimus, Catarinus & Sotus, hic Caroli, ille Pontificis cliens, inter se de Gratia certitudine confligerent, damnatis Scholasticorum sententiis de viribus liberi arbitrii in patrum antiquiorum doctrina præsidium omne Catarinus posuit, secutus Johannem Fischerum Episcopum Roffensem. Soto vero Pelagianorum castra ingressus simul omnes excivit Scholasticos, & contra gratiam pugnantes fecit, muniens præterea sese ecclesiæ ejus temporis decretis, quæ Catarinus, ut nova & cum prima antiquitate pugnantia condemna-
bat, simul & Cajetanum Cardinalem C C errorum postulans. Catharino postmodum succenturiatus Laurentius Pighius, contraque in hærentem justitiam & operum merita acerrime dimicavit, etsi pestiferam de peccati originalis minima culpa

foveret sententiam. Hos vero cum Ruardus Tapperus Lovaniensis Theologus, ut novorum dogmatum autores confutasset, invenit hostem Liriensem episcopum Lusitanum, qui ventilatis Scholasticorum sententiis pro Gregorio Ariminensi contra Sotum speciale gratiæ auxilium destruentem sententiam dixit. Quoniam vero applausu Tridentinorum definitiones Gallia acceperit, ex Grammondo videre est histor. Gall. l. I. ad a. 1615. ubi damnatam communem de Pontificis potestate sententiam, & promulgationem Tridentinorum canonum non tamen sine cleri oblatione prohibitam, recenset. Quas sanctiones cum convellere studuissent Papæ mancipia, divulgato Santarelli libro de potestate Pontificis, omnes pene Jesuitæ exilio & bonorum jactura illud luissent, nisi rem Cotonus Jesuita restituisset, damnando scriptum illud, quod Roma & societatis Generalis approbat, fide insuper data, se nunquam a Sorbonæ judicio discessurum, de quo idem Grammond. videri poterit. l. 15. a. 1626. p. 675. Istam autem suam de Pontificia autoritate sententiam olim etiam Galli declaraverant, cum

Bel-

Bellarmini librum de potestate Pontificis manu Carnificis Vulcano consecrandum decernerent. Atque hæc nunc tetigisse suffecerit, ut ostenderemus, quam sibi falsitatum decreta consent, quodque veritas, etsi scholasticorum & Sophistarum telis pressa, nunquam tamen ita oppressa sit, ut non splendido interdum jubare effulgens contra hominum insidias facile se ipsa defenderit.

CAP. VI.

DE AVTORIBVS DOCTRINÆ SCHOLASTICÆ ET INCRE- MENTIS CORRVPTELA- RVM.

(1) Interregnum ad usque Scholasticos, & semina corruptelarum. Gregorius M. superstitiones monachales confirmat. Officium sacrum ordinat. Divina scriptura negligi, & Sacra lingua ignota celebrari coepta sunt. Invocatio sanctorum introducta. Processiones, & Missæ frequentatæ. Purgatorium apparitionibus stabili-

tum. Cultus Reliquiarum, Cœlibatus confirmatus. Disquiritur de Dialogis Gregorii. Meritis alienis etiam gentiles salvari persuasum. Doctrinæ & revelationes Dæmoniorum receptæ. Monachalis superstitionis incrementa. Barbariei initium. Dæmascenus imaginum cultum & Purgatorium confirmat. Disquiri-

Es

tur

tur de ejus orationibus, Num Transubstant. docuerit. Bedæ Venerabilis laudes. Scholæ in Anglia. Parisiensis Academiæ initia. Metaphrastes absurdus autor & patronus mendax adorationis sanctorum. Rabani libri de S. Cruce. Quomodo *Σταυρολατρεία* primum, dein & adoratio imaginum in occidentales ecclesias fuerit introducta. Lanfranci & Berengarii certamina verbis historicorum exponuntur. Quando dogma de Transubstantiatione invaluerit. Hildebrandus. Reliquiarum numerus quomodo multiplicatus. Juris Canonici autores.

(2.) Prima ætas Scholasti-

corum. Gratiani & Lombardi Opera. Quomodo Moralistica Theologia & Pelagianismus Schol. creverit. Scholastici quare Stoici. Ruclinus Tritheica P. Abailardus præceptorem confutans erroris anti-trinitarii fit suspectus. Alesius. Albertus M.

(3.) Media ætas ab Alberto. Prædicatorum & Scholasticorum Parisiensium lites. Thomas & Bonaventura vindicant suos & una superstitiones. Eorum autoritas. Scoti a Thoma diffidium.

(4.) Tertia ætas a Durando incipit. Tituli Scholasticorum. Barbarici & corruptelarum summa incrementa. Lutherus Theologiæ vindex.

Nunc tandem ad ortus & progressus variorum corruptelarum scholasticarum incrementa accedimus, ut quibus gradibus antichristianismi fastigia depressa veritate attolli cœperint, ex diversis Scholasticorum ætatibus & classibus elucescat. Neque enim existimandum, uno quasi mo-

men-

mento errorum noctem in Ecclesiam invalisse, sed ingravescentibus paulatim superstitionum tenebris, divini verbi sole magis magisque recedente, eandem penitus tandem inhorruisse. *Nec Roma uno adificata die, & cuique parti etatis sua tempestivitas danda,* apud Cic. in Catone Maggiore Lælius ait. Dabimus itaque & nos scholasticorum corruptelis suos annos ac ætates, quibus ad id roboris pervenerunt, ut difficulter tandem potuerint infringi atque extirpari. Seculum exierat quintum, quo depugnata cum Pelagianis pugna, inter Patres celeberrimi Hieronymus ac Augustinus e medio excefferant, & opera sua ecclesiæ, nomen autem immortalitati commendarant. Cumque paucos illi virtutum suarum æmulos in posteris invenissent, Gothici vero belli tumultibus in Italia omnia perstreperent, cum otio hominum tum quoque temporum injuria maximum detrimentum literarum studia patiebantur. Unde quæ seculum hocce quintum tempora exceperunt, sensim ignorantia ac errorum tenebris obduci coeperunt, dum tandem amabilis divinae

fa.

sapientiæ splendor penitus mortalium oculis eriperetur. A quinto seculo ad usque decimum interregnum quoddam veritatis errorisque fuit, & seminibus corruptelarum ubique jactis, ipse tandem fœtus obstetricantibus Theologosophistis in lucem edi cœpit. Primam ejus ætatem, & quasi pueritiam ad Gratiani & Lombardi nomina seculo X. notamus, quæ cum ad Alberti tempora jam plene perfectæque adolevisset, Secunda ætas a Thoma initium sumpsit, quam juventutem dicemus vegetam ac vigentem. A Durando vero Tertia inchoavit, qua robur tandem confirmatum est, & summa incrementa corruptelæ sumpserunt.

(1.) Interregnum quod attinet & semina corruptelarum; tantus eorum campus est, ut præ nimia multitudine fallant atque fatigent summam etiam considerantis industriam. Ideoque mari huic cymbam committere veritus, litus tantum radam, inque nobilissimis quorumvis seculorum scriptoribus veritatis ac literarum ornamenta pariter & decrementa annotabo. In illo vero quinque seculari interregno ad usque Scholasticos primas facile

te-

Sch
tenet
to m
cinc
Qua
nem
seric
etia
bus,
liter
rum
lerit
tatis
cet,
aud
nus
bi a
savi
34.
cen
un
ut
id
cle
de
qu
ma
Tr

tenet Gregorius M. qui ſeculo exeunte ſexto maxime floruit, ex Monacho Benedic-
tino ſummus Romanorum Pontifex. Quantis a ſuis laudibus evehatur, neminem latere poteſt, qui miraculorum ejus ſeriem ab iis viderit explicari; quanto etiam jure præferri mereatur ſucceſſoribus, nemo neſciet, quiſquis ejus in ſacras literas expoſitiones operoſas cum poſterorum ignavia & luxuriandi libidine contulerit. Et ſane maximo cum ſtudio ſanctitatis famam captaviſſe, tota ejus vita docet, namque & ſervus ſervorum primus audire voluit, & cum Conſtantinopolitanus Præſul Joannes Uni-verſalis titulum ſibi arrogaret, Antichriſtianismi eum accuſavit, ut videre eſt ex epistol. Greg. l. 4. ep. 34. 36. 38. hoc ipſo condemnans & convin-cens poſteritatem nefandi criminis, quo uno reliqua omnia comprehenduntur: utinam vero ex Monachorum diſciplina *ἡ θελοθρησκειῶν novæ* ſuperſtitiones in eccleſiam non inveriſſet! Maximura ſiquidem illi incrementum monachatus debet, quoniam primus fuit, qui *decretum immunitatis monaſteriorum promulgavit.* Trithem. de Scriptor. eccleſiaſt. p. 242.
Un-

254 Cap. VI. De Autoribus Doctrinæ

Unde nec mirum Magni cognomento a suis celebratum fuisse. Cumque jam Pharisæismi in ecclesia fundamenta jacta essent, quibus superstructa superstitionum Monachalium machina in immensum at-
tollebatur, permagnum sane ad novas superstitiones momentum attulisse Gregorium, si deprehendimus, ejus definitiones de Purgatorio atque sanctorum cultu, tum quoque Sacrorum, s. divini, ut vocant, officii ordinationem introspeciamus. De hoc ergo ejus officio primum dicemus, ut pateat, quomodo fidei Christianæ simplex cultus ceremonialibus eommixtus, & sacra scriptura intervenientibus revelationibus sensim neglecta, a que Laicorum intellectu & sensu fuerit remota. *In primitiva ecclesia*, inquit Beletus Ration. divi-
nor. offic. c. 19. *diversi diversa cantabant, quisque pro suo libitu, ita tamen si illud, quod canebant, ad divinam laudem pertineret. Pleraque tamen officia observabantur, que ab initio erant constituta, vel a Christo, ut oratio Dominica, vel ab Apostolis, ut symbolum. Postea ecclesia velut scissa est per varias hereses & schismata. Quod quidem cum vidisset Theodosius Imperator,*
qui

Scho

qui suo
negoci
quem
feret,
Prace
trium
rem n
ecclesi
Ordin
net, q
Evang
ordin
itaqu
si Ro
batu
tum.
petit
Dam.
Auxi
tant
red
stran
cap.
offic
bus
nes
verf

qui suo tempore omnes hereses extirpavit, negocium dedit Damaso Pontifici, ut aliquem sapientem & catholicum ad se accerseret, qui ecclesiasticum officium ordinaret. Præcepit igitur Damasus Hieronymo viro trium linguarum peritissimo, ut qui ad eam rem non erat inidoneus, ut quadam officia ecclesiastica in certum ordinem redigeret. Ordinavit ergo hic, quantum Psalmos attinet, qui quibus diebus canerentur. Sed & Evangelia & Epistolas atque alia officia in ordinem quendam redegit. Hieronymus itaque cum opus istiusmodi absolvisset, misit Romam, ubi a Damaso Papa fuit approbatum, & in communi concilio canonisatum. Hæc totidem verbis Durandus repetit rational. divinor. l. 5. c. 2. additque. Damaso vulgo officium illud appropriari. Auxit officium hocce Gregorius, & novarum instituta schola difficiliorem reddidit consuetudinem sacra administrandi, de quo Antonin. hist. p. 2. tit. 12. cap. 3. §. 5. videri potest. Ut tandem omne officium ecclesiasticum distinctis lectionibus & certo cantu abfolveretur. Lectiones vero quintuplicis argumenti erant, diversis ex libris petitis, quorum primus Biblio-

bliotheca vocabatur, continebat totum V. & N. Testamentum s. potius Historias varias, ex V. & N. Testamento, quæ diversa temporibus prelegebantur, ut sic tandem totius anni curriculo tota bibliotheca legendæ absolveretur. Secundus liber erat passionarius, qui tamen plures sunt. Tertius legendarius. Quartus homeliarius. Quintus denique sermologus sive liber sermonum. Cantuum præterea libri tres. Graduaris, Trophonarius & Antiphonarius, Beletus c. 58. Hinc vero perspicitur, cum legendarum, passionariorum, homiliarum, sermonumque multitudo, biblicarum historiarum numerum longe superaret, sanctum Dei verbum inter homines defectus haud exiguos passum fuisse. Hæc autem Gregorii ritualia, antiquato simplici illo Sacrorum ordine, quem Hieronymus, & post eum Ambrosius confirmaverant, protinus divulgabantur, Monachis ex Benedictinorum familia in Gallias, Germaniam & Angliam emissis, novos hosce ceremoniarum codices in omnes Ecclesias inventibus, de quo Beda ecclesiast. Histor. gentis Anglor. l. 1. c. 29. videri potest. Tandem etiam publico Adriani decreto hoc Gre-

Grego
nec fir
Anto
nii leg
Ambro
riann
tifex
versa
re a
rei Ca
diver
ricos
bat, l
inven
quo
beat
ciliun
sum i
obtin
brida
Quæ
cret
Greg
cri. p
plur
in or
tes, n

Gregorianum officium confirmatum eſt, nec ſine vi & aperta tyrannide. Sic enim Antoninus t. 2. t. 13. c. 3 §. 5. *In vita Eugenii legitur, quod cum officium inſtitutum ab Ambroſio magis ſervaretur, quam Gregorianum, tempore Caroli M. Romanus Pontifex Hadrianus congregato concilio univerſali: ſtatuit officium Gregorianum debere a modo ab omnibus obſervari. Cujus rei Carolus Imperator executor exiſtens, per diverſas diſcumbens provincias, omnes clericos miniſ & ſupplicius ad hoc ipſum cogebat, libros Ambroſiani officii comburens, ubi inveniebat: Accipiamus nunc prodigium, quo ſententia concilii comprobata. Cum beatus Eugenius, pergit Antoninus, ad concilium veniens Romam, illud jam diſſoluſum inveniſſet, ob ſui ſanctimoniam a Papa obtinuit, ut prelati, qui paulo ante i. e. jam ſriduo reſceſſerant, iterum congregarentur. Quo facto communi conſilio & aſſenſu decretum eſt: ut miſſale Ambroſianam & Gregorianum utrumque ſuper altare B. Petri ponerentur, & clauſis januis ſigillisque plurimorum ſignatis, ne fraus fieret, nocte in oratione perſiſterent. Dominum orantes, ut per ſignum aliquod oſtendere dignaretur,*

R

retur,

retur, quid sibi placeret magis in universali acceptandum. Quod obtentum est. Nam mane sequenti ecclesiam ingredienti invenerunt Missale Ambrosianum in loco suo clausum: Gregorianum vero apertum, & secundum alios, ejus hinc inde quaterniones per ecclesiam dispersos. Ex quo facto intellexerunt & sic statuerunt, Gregorianum per totam Ecclesiam observandum. Ambrosiano vero solum in sua ecclesia utendum, quod usque hodie servatur. Hac patrum stante scientia integrum amplius haud fuit Ecclesiis, ex Ambrosii præscripto sacra peragere, sed compulsis primum ad Pontificum obsequia Gallis Caroli auctoritate, & Pauli Warnefridi (qui falso hinc pericoparum Evangelicarum autor creditur, de quo supra) ministerio, mox seculo exeunte undecimo Pontificis legato gratificaturus Rex Hispaniarum, Gallicanis ritibus & suorum ceremonias voluit esse conformes. Cumque super hoc magna seditio in populo & militia oriretur, demum placuit, ut liber officii Gallicani & Toletani in magna ignis congerie ponerentur. Et indicto omnibus jejunio, a Primate, Legato, (Pontificis) & Clero, & oratione ab omnibus de-

nie peract.
cani, & p
cendii, cu
laudantibus
omnino, a
cum Rex
eis pertin
tus, nec si
ri, sed mo
nitans re
officium i
retur.
tibus in
Reges,
Toleta
manife
plicissim
ductus i
tem dol
gua D
Crebr
mano
que g
tam v
in Ga
confu
rem la

voteperaçta, consumitur liber officii Galliani, & profiliit super omnes flammascendii, cunctis videntibus & Dominum laudantibus, liber officii Toletani illesus omnino, a combustione incendiï alienus. Sed cum Rex esset magnanimus & sua voluntatis pertinax executor, nec miraculo territus, nec supplicatione suusus, voluit inclinari, sed mortis supplicia & direptionem minitans resistentibus precepit, ut Gallicanum officium in omnibus regni sui finibus servaretur. Et tunc cunctis stentibus & dolentibus inolevit Proverbium; Quo volunt Reges, vadunt Leges. Roderic. Archiep. Toletan. Hist. Hisp. l. 6. c. 26. Sic per vim manifestam novus sacrorum ordo a simplicissimo veteri multum diversus introductus ubivis invaluit. Quam serio autem dolendum est ita receptam ignota lingua Deum celebrandi consuetudinem. Crebris siquidem irruptionibus mixti Romanorum coloniis Vandali, Gothi, aliæque gentes barbaræ linguæ latinæ usum tam varie corruperant, ut plane nova inde in Galliis, Italia atque Hispania linguarum confusarum idiomata orientur, nec veterem latinam ullus çalleret, nisi qui multo-

rum annorum studiis eandem a Magistro addidicisset. Unde quis vulgi sensus tam ignotæ religionis, quæ etiam clericorum, quorum pauci latinæ linguæ elementa callebant, devotio fuerit, vel me tacente satis est manifestum. Notanda hic sunt Beletii verba (vixit sec. XII.) quibus Rationale divinorum officiorum incipit. *In primitiva, inquit, ecclesia prohibitum erat, ne quis loqueretur, nisi esset, qui interpretaretur. Quid enim obsecro prodesset loqui, si non intelligeretur? Certe nihil. Hinc illa laudabilis inolevit consuetudo in quibusdam Ecclesie partibus, ut pronunciato secundum literam evangelio, statim vulgari illud populo exponeretur. Quid vero de nostris temporibus dicemus, si dix ac ne dix quidem unus inveniatur, qui qua legerit vel audierit, intelligat.* Præter hunc ceremoniarum apparatus alia magis perniciofa Gregorii fidere in ecclesiam mala irruerunt. Inter quæ primo loco sanctorum ponimus invocationem hætenus in ecclesia inauditam. Docuerat antehac Augustinus, de cura pro mortuis gerenda c. 15. *Mortuos viduorum rebus atque actibus cognoscendis adjuvandisque minime misceri, & ut*

Sch
 ut est i
 quidem
 agitur
 ad ec
 omnia
 se, &
 est au
 14. ver
 anim
 que in
 dens,
 si aliq
 persu
 Sanct
 mus a
 Idol
 hic en
 nem l
 a Tvv
 pestis
 cessio.
 Pasch
 Greg
 est, 9
 20. A
 eum o
 emtes

ut eſt in canon. fatendum 13. q. 2. *Nefcire quidem mortuos quid hic agatur, dum hic agitur: poſtea vero audire ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt: non quidem omnia, ſed quæ ſinuntur etiam iſti meminifſe, & quæ illos, quibus hæc indicantur, opus eſt audire.* Gregorius vero in Job. l. 12. c. 14. veritatis fines longius tranſgreſſus. *De animabus ſanctis, ait, ſentiendum eſt, quia quæ intus omnipotentis Dei claritatem vident, nullo modo credendum eſt, quia foris ſit aliquid, quod ignorent.* Hiſce fascinatus perſuaſionibus Gregorius, votis ad Deum, Sanctorum & Mariæ compellationes primus adjunxit. Labet Hiſtoricorum verbis Idololatriæ, aliorumque errorum originem enarrare. Sic vero Bromptom Abbas nem Iorlanenſis inter ſcript. Rer. Anglic. a Tvvyſdeno edit. p. 727. *Quia prædicta peſtis Romam more ſolito vaſtabat, pex proceſſionem, cum letania ſeptiformi quodam Paſchali tempore placare inſtituit iram Dei Gregorius. Septiformis autem ideo dicta eſt, qui in primo choro fuit omnis clerus, in 20. Abbates cum monachis, in 30. Abbatiffæ, cum omnibus congregationibus ſuis. In 40. omnes infantes. In 50. omnes Laici. In*

60. omnes vidua. In septimo omnes conjugata. Et ante istam processionem imaginem beata Maria semper virginis, quæ est, ut ajunt, adhuc Roma, quam Lucas arte medicus & pictor egregius formasse dicitur, & eidem virgini similima per omnia perbibetur, cum omni fecit reverentia deportari. Et ecce tota aeris infectio & turbulentia imagini cedebat, ac si ipsam imaginem fugeret, & ejus præsentiam ferre non posset. Sed post imaginem mira serenitas & aeris puritas remanebat. Tunc in aere, ut fertur, (nota incertum rumorem) juxta imaginem audita sunt voces Angelorum canentium. Regina cæli latere alleluja, quia quem meruisti portare, alleluja, resurrexit, sicut dixit, alleluja. Et quia illa hora beatus Gregorius vidit super castrum Incerfcii angelum Domini, qui gladium cruentatum manu sua tenebat, quod indicto Angelorum cantu canitur, adjunxit, dicens: Ora pro nobis Deum alleluja. Et statim Angelus gladium detergens in vaginam revocabat, & sic pestis illa cessavit, & sic canticum illud Canticum Angeli deinceps vocatum est. Hinc Papa Gregorius Ecclesiis Romane urbis in remissionem peccatorum humani generis, singulis

lis diebus
ni fidelium
qui semen
bus Deno
neraliter
dice ber
veritati
plum, q
Dagon
vit, ut r
constitu
nostros i
pora Ap
a Card
dem pe
nam c
Archip
ste, que
velosci
halare
in: buj
judet,
cerat e
nias, p
osten
storu
in hor

*lis diebus XL. ſtatuit fieri ſtationes devotio-
ni fidelium celebrandas. Et ne erroris anti-
qui ſemen de cætero repullularèt, imagini-
bus Demonum capita & membra fecit ge-
neraliter amputari, ut per bos extirpata ra-
dice heretica pravitate palma eccleſiaſtica
veritatis plenius exaltaretur (ad exem-
plum, quo coram arcâ Domini truncatus
Dagon dejectus erat, & ille gentilium mo-
vit, ut nova ſanctorum idola loco eorum
conſtitueret.) Et addidit in Miſſa, Diesque
noſtros in tua pace diſponas. Et ſupra cor-
pora Apoſtolorum Petri & Pauli a Papa ſive
a Cardinalibus, fecit jugiter celebrari. Eis-
dem pene verbis hanc ſuperſtitionum ler-
nam capitaque ejus depingit Antoninus
Archipræſul Florentinus, additque de pe-
ſte, quod tam gravis fuerit, ut ſternutando
vel oſcitando homines ſpiritum ſubito ex-
halarent, unde introductum eſt ex more, ut
in bujuſmodi actibus dicatur, Deus te ad-
juvet, vel ſignum crucis fiat. Non ſuffe-
cerat Gregorio, præter Leviticæ ceremo-
nias, proceſſionum religionem, Imaginum
oſtentationem, meritorias ſtationes, San-
ctorum invocationem, præterea & miſſas
in honorem Divorum confirmare, niſi*

& vivis pariter ac mortuis hominibus nova quadam ratione prodesset, largiendo scilicet illis alieno opere salutem, ut quod fidei ipsorum deerat, aliorum meritis suppleretur. Purgatorii ergo metu (de quo ex academicorum placitis quondam Origines disputabat, Augustinus vero dubitabat) primus ecclesiam terruit, sed ita, ut in oblationibus missaticis & eleemosynis præsidium diceret esse repositum contra cognatas inferni flammæ. Quibus vero insomniis & persuasionibus credulorum, & vel Dæmonum vel monachorum imposturis hæc fabula agi cœpta sit, longum esset enarrare. Tam frivola certe sunt, ut fides eorum, nisi frequenter essent in literis, non minimum laboraret. Habentur autem inter Gregorii Opera dialogi ejus, in quibus novæ de purgatorio doctrinæ ludricæ & ridiculæ specimina affatim contueri licet. Sic enim l. 4. Dialog. c. 55. *Cognovisse se, ait, animam illustris cujusdam in quodam loco, in quo aqua calida vapores nimios faciunt, de pedibus accedentium calceamenta abstrahere, vestimenta suscipere, exeuntibus de caloribus sabana præbere, atque etiam omne ministerium cum*

magnò

magno famulatu peragere solitam fuisse. Innotuisse autem hoc presbytero, qui corollas in sacra oblatione pro ea offerendo solum mox animam isto labore exsolverit. Hinc concludit. Qua ex re quantum proficit animabus immolatio sacra oblationis ostenditur, quando hanc & ipsi mortui spiritus a viventibus petunt, & signa indicant, quibus per eam absolvi videantur. Aliam ibidem animæ Justii cujusdam monachi apparitionem recenset. Quam Antonini verbis in compendium redactis edisseram, cum inde oblationum sive Missarum pro defunctis originem autor accersat. Ita ille r. 2. tit. 12. c. 3. f. 67. Gregorio abbate existente, ubi in monasterio omnis proprietas eliminata erat: accidit, ut quidam ex monachis ejus nomine Justus, cum esset artis medicina peritus, aliquando infirmis cum licentia Gregorii sanitatis medicamenta vel consilia prestaret, qui Diabolo instigante cupiditate ductus, a quodam sibi oblatos tres aureos, ut proprium sibi occultos retinuit. Eo autem infirmato, cum visitaretur a confratribus suis, inventi sunt inter medicinalia, illi aurei, quod significatum est Gregorio. At sanctus vir intelligens vitium proprietatis,

tis, exinanitidum totius regularis conder-
 sationis, ut experientia docet: summe de-
 testatus est scelus ipsum, &c. Intellexit
 Justus Monachus ex pœna gravitatem cul-
 pæ suæ, & ingemuit vehementer pro peccato
 suo, exque illa infirmitate vitam finivit.
 Audita autem morte ejus, Gregorius non
 ea vindicta quietus, ut magis ac magis
 omnem proprietatem a monasterio relega-
 ret: punivit & mortuum mandans mona-
 chis, ut non in loco sacro, sed in sterquilinio
 corpus ejus projicerent, cum tribus illis au-
 reis dicentes, hoc officium celebrantes ei-
 dem: Pecunia tua tecum sit in perditionem:
 Quibus peractis, ne videretur vir Dei homi-
 nem non vitium persecutus: post modicum
 illi compatiens, præcepit uni ex Monachis,
 quem devotioem existimavit, ut usque ad
 XXX. dies quotidie pro eo hostiam immola-
 ret. Quos cum impleisset is defunctus, pro
 quo suffragium fiebat, trigesimo die apparuit
 fratri; Interroganti autem quomodo se
 haberet: respondit defunctus, usque modo
 male fui: nunc autem bene, quia hodie
 communionem recepi. Subjungit hisce
 Antoninus. Et ex hoc exemplo vulgatum
 est, & usitatissimum triginta missas celebra-
 re

re pro defunctis. Quod utique perutile est in purgatorio existentibus. Et quanto major eleemosyna pro hujusmodi fiet, tanto magis illi proderit, pro quo fit, cæteris paribus. Huc scilicet omnis redibat superstitio, & somniorum terriculamenta, ut Monachorum habendi libido his Simonis artibus exsatiaretur. Caverat olim sub excreationis interminatione Deus, ne quis a mortuis quæreret veritatem: Monuerat etiam de his revelationibus jam suo ævo Tertullianus de anima c. 57. Ubi inter alia: *Fallaciam spiritus nequam sub personis defunctorum delitescens, nisi fallor etiam rebus probamus, cum in exorcismis interdum aliquem se ex parentibus hominem fuisse affirmat, nihil magis curans, quam hoc ipsum excludere, quod predicamus, ne facile credamus animas universas ad inferos redigi.* Gregorius vero Dialog. l. 4. c. 40. De sua sibi felicitate in responsis larvarum percipiendis gratulatus. *Quid est, inquit, quod in his extremis temporibus tam multa de animabus clarescunt, que ante latuerunt, ita ut apertis revelationibus venturum seculum inferre se nobis, atque aperire videatur?* Hac autem Dæmoni-
bus

bus data porta, facile illis erat, credulas hominum mentes fallaci somniorum imagine pervertere, ut tandem Dæmoniorum doctrina, quam apostolus portenderat, tota dominaretur ecclesia. Cum vero sancti demortui Gregorianæ ἀποδείξεως beneficio votis hominum coli cœpissent reliquiæ quoque eorum in honore esse cœperunt, illas siquidem legatis in Angliam euntibus una cum codicibus sacri officii commendabat, uti ex Bedæ eccles. hist. videre est l. f. c. Quin & miraculis earundem cultum comprobasse homines superstitiosissimi literis mandarunt. *Cum enim legatis ex occidente sancti depositi loco reliquias quasdam ad Reges perferendas commisisset, & illi responderent, Dominos suos pulcherrimis palliis abundare, ac per hoc Romanarum vilibus prandei non egere &c. Gregorius tunc missarum solennibus expletis ab eisdem legatis prandea coram cunctis recipiens, super altare composuit: sequo cum omnibus in orationem dedit: ut Deus omnipotens utrum quod a liminibus Apostolorum de more transmissum est: pro reliquiis martyrum venerari deberet, quam citissime indicaret. Deinde ab oratione sur-*

Sc
 surge
 prac
 Pap
 pun
 Qu
 qua
 Greg
 ante
 Et
 dere
 min
 refer
 scrip
 quo
 via
 re q
 jejun
 ex di
 diaco
 null
 natu
 eisi
 conc
 de fa
 re tri
 cerde
 C. CO

surgens, incredulos legatos proprius stare praecepit, cultellum petiit: more sanctissimi Papa Leonis prandium pupugit, de cujus punctationibus sanguis protinus emanavit. Quo miraculo tam legati homines confusi, quam omnes, qui aderant tremefacti, jussu Gregorii cum eo terra prostrati sunt. Nec ante ab orationibus cessaverunt, quam cuncta prandeorum foramina divinitus clauderentur. Anton. l. f. c. Ne qua vero femina corruptelarum deessent, quas non referre possemus ad illam ab Apostolo descriptam dæmoniorum doctrinam, leges quoque idem Gregorius tulit de abstinentia ab esu carniū, odorū & Casei tempore quadragesimali, & complementum ejus jejunii addit, ad huc quatuor dies, ceu patet ex dist. IV. Denique indixit praeterea subdiaconibus continentiam, statuens quod nullus de cætero promoveretur ad subdiaconatum, nisi promissa continentia implicite, etsi non explicite, ita quod postea non possint contrahere matrimonium & contractum de facto non teneat, ut patet distinct. 51. ante triennium. Ipse etiam reprehendit sacerdotes habitare cum feminis. Anton. l. f. c. conf. M. Anton. de Dominis. R. E. l. a.

c. 10. §. 8. Sic & antiquato Concilii Ancyr. Canone 10. (*Diaconi si in ipsa ordinatione protestati fuerint, velie se habere uxores, nec posse se continere, bi postea, si ad nuptias venerint, maneat in ministerio, quia his Episcopus licentiam dedit.*) jugum illud cœlibatus ministrorum ecclesiæ cervicibus imponebatur. Ex hisce Gregorii Magni rebus gestis liquet, quantum ejus venditata sanctitas profuerit, ad obnubilandum erroribus verbi divini claritatem, quodque ipse judice Luthero in cap. 49. Genes. *Tenuiter admodum cognoverit Christum & Verbum Evangelii.* Quod enim Gratix Christi & Evangelio detraxerit, manifesto dialogi loquuntur, tam aperte falsi, ut mendaciorum etiam pudeat Pontificios. Unde nec a censura eorum abstinet Canus LL. Theol. l. II. c. 6. p. 337. admonens Lectorem, *ne sibi persuadeat, miracula hæc, & quæ magni auctores scripserunt, undique perfecta esse.* Possevinus vero, non suo, sed aliorum calculo Gregorio II. figmenta hæc adjudicat; In quorum sententiam Chemnit. examin. Concil. Trident. part. 3. de Purgat. pag. 181. ut & Chamier. Tom. 3. l. 26. c. 10. §. 31. concedere

dere videntur. In contrariam vero sententiam citari Photius posset Bibl. C. 252. Οὐτὸ θαυμάσιος Γρηγόριος πολλὰς μὲν καὶ ἄλλας ψυχὰς φελοῖς τῇ ῥωμαίων συνετάξατο βίβλους, ὁμιλίας τε καὶ Ἐυαγγέλια ἀναπτύσσων προσωμίλησεν. ἀτὰρ δὴ καὶ βίβλους τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἀξιολόγους, καὶ διηγήματα σωτηρίαν ἐκπαιδεύοντα συγκαταμίξας τέτοις, ἐν τέσσαρσι διαλόγοις ἐφιλοπονήσατο. ἀλλὰ γὰρ πέντε καὶ ἐξήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη οἱ τὴν ῥωμαίαν Φωνὴν ἀφιέντες, τῆς ἐκ τῶν πόνων αὐτῶν ὠφελείας μόνον ἀπῆλαυον. Ζαχαρίας δὲ, ὃς τῶ ἀποστολικῷ ἀνδρὸς ἐκείνου χρόνοις ὑπερον τοῖς εἰρημένοις κατέστη διάδοχος, τὴν ἐν τῇ ῥωμαϊκῇ μόνῃ συγκλειομένην γνῶσιν καὶ ὠφέλειαν εἰς τὴν ἑλλάδα γλῶσσαν ἐξαπλώσας, κοινὸν τὸ κέρδος τῇ οἰκυμένη πάσῃ. Φιλανθρώπως ἐποίησατο. ἔτι τὰς διαλόγους δὲ καλεμένους μόνους, ἀλλὰ καὶ ἄλλους αὐτῶ ἀξιολόγους πόνους ἐξελληνίσαι ἔργον ἔθετο. conf. & Stellam in Vita Zachariæ p. 96. Vossium thes. theol. diff. 6. p. 102. Nec mirum talibus spectrorum ludibriis Gregorium intentum fuisse, & præterea se cultorem sanctorum, reliquiarum propolam, auspiciem missarum, patronum cœlibatus

gef-

gestisse, cum in ea tempora incidisset, quæ jam in errores prona fluebant; & Monachorum disciplina imbutus esset, quæ superstitionum & ἑδελοθησκευιῶν nomine jam ab aliquot seculis male audiebat. Lampada scilicet ipsi tradiderat Gregorius Turonensis, (quem *maxima reverentia & charitate, ut vere sanctum susceperat, atque ut amicum singularem unice dilexerat,* Trithem. in Greg. Turon.) qui duobus confarcinatis libris de miraculis mortuorum, hunc sibi propositum habuerat finem, ut demonstraret (sicut libro primo fatetur.) *Oportere nos sanctorum patrocinia expetere, ut eorum mereamur suffragiis, vel quod nostris digni non sumus meritis obtinere, eorum possimus intercessionibus adipisci.* Unde & librum secundum ita concludit. *Ergo his miraculis lector intendens intelligat, non aliter, nisi martyrum reliquorumque amicorum Dei adiutoris se posse salvari.* Hujus doctrinæ vestigiis insistens Gregorius tam fideliter mortuorum auguria captabat, ut ipse quoque post mortem in coelitem numerum relatus bene de aliis mereri posset. Et merito etiam suo, dum in vivis fuit, multos crebi flammis

- Sc
 mis fu
 spolia
 haberi
 quod
 suo
 tussu
 uni L
 funde
 geret
 ruit
 deter
 tum
 rito
 ext
 cis
 rur
 com
 intr
 & o
 tiri
 per
 qu
 vi
 sci
 m
 m
 rec

mis subtraxit, & avaro Diti opima detraxit
 spolia, si fidem commentis historicorum
 habemus. Produunt namque de ipso,
 quod etiam in peccatis mortuos merito
 suo absolvit. Cum enim *diris ejus per-*
russus frater mortuus esset, pœnitundine tactus dedit
uni Diaconorum scripturam, qua continebat de-
functi absolutionem, ut super sepulchrum ejus le-
geret. Quo jussa implente, sequenti nocte appa-
ravit defunctus abbati, & se tunc usque in custodia
detentum fuisse intimavit, sed ab heri fuisse absolu-
tum lecta absolutione narravit. Isto vero me-
 rito suo, quo Trajanum Ethnicum Diabolo
 extorsit, crucem omnibus fixit Scholasti-
 cis. Cum enim quadam vice *transiret per fo-*
rum Trajani, recolens humanitatem illius, ejus
compatiens damnationi, quod gentilis defunctus,
intrans basilicam beati Petri pro eo ingemuit &
& oravit. Cui divinitus est responsum: Ecce pe-
tionem tuam complevi, & Trajano aeternum pe-
perci. De cœtero diligentissime caveas, ne pro ali-
quo damnato petitionem fundas. Antonin. in
 vita Gregorii. Quam vero hic distinentur
 scholastici, ut locum illum & statum ani-
 mæ Trajani enucleate tradant. Sunt qui
 merito Gregorii eum non ab æterna morte
 redemptum, sed a pœna ad diem usque ju-
 dicii

dicium suspensum. Alii existimant a tormi-
nibus liberatum tantum fuisse, nec locum
infernæ mutasse. Bernardinus prævidisse
Deum Gregorii merita & preces, ideoque
certa Trajanum custodia detinuisse. An-
toninus communiorem dicit esse sententi-
am, *Trajanum fuisse resuscitatum ad vitam præ-
sentem, in qua conversus & baptizatus sic infernum
evaserit.* Ob hujuscemodi revelationum
venditationes, cum olim monachi persæ-
pe castigati essent, sub Gregorii & Pontifi-
cialis nominis umbra securius posthac de-
lituere, & ab Apostolo prædictas 1. Tim. 4.
*διδασκαλίας δαιμονίων. ἐν ὑποκρίσει ψευδό-
λογοι* tandem introduxerunt. Aperte e-
nim Diabolorum cœtui accensiti, qui frau-
dibus apparitionum Christianum orbem
circumvenere. In concilio antiquissimo
Ancyrano hæc salutariter provisæ. *Sacer-
dotes per ecclesias sibi commissas populo omni in-
stantia predicare debent, ut noverint hæc omnimo-
dis esse falsa. & non à divino, sed à maligno spiri-
tu talia phantasmata mentibus fidelium irrogari:
&c.* Omnibus itaque publice annunciandum est,
quod qui talia & his similia credit, fidem perdit.
*Et qui fidem rectam in Domino non habet, hic non
est ejus, sed illius, in quem credit, istæ est Diaboli.*
Major autem vulgi superstitio erat & mo-
na-

Scho
nachor
salutar
eradic
mens. S
somnia
ria, ta
quæ
da de
eversto
mitti.
Mon
tam m
quequ
vincia
stante
tyrum
petun
tu, au
ta, i
farum
dala
Sic
voci
ovir
infu
Uca
dolo
nus

nachorum hypocrisis, quam ut monitis salutaribus aut ecclesiastica censura tolli & eradicari posset. Sic namque Carthaginens. Synod. V. c. 14. Patres illa quæ *per somnia & inanes revelationes constituuntur altaria, tanquam memoria martyrum* (quibus reliquæ martyrum includebantur,) evertenda decernunt; at mox conqueruntur, *tales everfiones propter tumultus populares sæpe non permitti.* Et Augustinus postquam de opere Monachorum c. 28. questus fuerat, quod *tam multos hypocritas sub habitu monachorum usquequaque dispersit Sathanas, circumeuntes provincias, nusquam missos, nusquam fixos, nusquam stantes, nusquam sedentes. Alii membra martyrum (si tamen martyrum) venditant, & omnes petunt, omnes exigunt, aut sumptus lucrosa egestatis, aut simulata pretium sanctitatis. Talia multa, inquit, propter quarundam vel religiosarum vel turbulentarum personarum scandala devitanda, liberius improbare non audeo.* Sic cum coerceri amplius episcoporum vocibus monachi nequirent, iidem sub ovina pelle rapaces lupi miseræ animas infusis erroribus passim deprædabantur. Ut autem origo harum superstitionum & dolorum fabricatores monachi eo evidentius in oculos incurrant, audiemus Euna-

pium Sardinum, qui Theodosii tempore (a. CCCC.) vixit, in vita Ædesii Christianorum sacra ex dolis & superstitionibus monachorum sic insectantem. *Monachos Canopi instituerunt, ut loco Deorum intelligibilem, mancipia eaque baud bona sortis colerent; vinculum Religionis hac ratione hominibus injicendo. Offibus enim & craniis eorum, qui ob varia crimina condemnati, atque secundum leges, justitiæ supplicio affecti fuerant, in pulverem redactis, Deos ex iis fecere, prosternentes se ad pedes eorum, atque meliores (en merita) se existimantes ob id, quod sepulchris se polluissent. Nuncupant illos tamen martyres, aliquos vero Diaconos & Advocatos precum suarum apud Deos: qui tamen revera non nisi mancipia perfida fuere, flagellis cæsa, & nequitie sue notas in corporibus suis sentientia.* Horum ergo superstitiosorum mater Ægyptus fuit, (videatur M. Anton. de Domin. de Rep. eccl. l. 2. c. 12. §. 8.) unde in Asiam & Græciam diffusi hi locustarum & fucorum exercitus, cum in Gregorio patrocinium invenissent, & ab eodem in Gallias, Angliam & Germaniam transplantati essent, veros tandem verbi divini præcones de statu deturbarunt, & votorum suorum sacra cœlibatum scilicet, jejunia, opera item ac merita cultus externi, interna illa, &

& quæ
scripta
runt.
gratia
script
rum &
Atque
lui, u
do sa
corru
re, & c
corum
Non c
toren
maxi
corru
gia e
omne
cum P
epist.
qui ju
transf
adula
nunc
quæd
quæ
bula.

& quæ coram Deo valet, fidei iustitia proscripta, ubique ferme locorum stabiliverunt. Unde ex hoc tempore auxilii & gratiæ divini nulla ferme mentio fit apud scriptores, sed precibus & merito sanctorum & fidelium omnia peragi dicuntur. Atque hæc eo fusius repetere hoc loco volui, ut innotesceret, quo modo sub nefando sanctimonix & religionis stellionatu corruptelarum seges caput primum efferre, & oculo velut ævo serpens in scholasticorum scripta demum ceperit diffundi. Non quod Gregorium omnis hæreseos autorem existimarem, sed ut ostenderem, maxima per eum incrementa recentes corruptelas sumpsisse. Quod enim egregia ejus morum præcepta objiciunt, omnem pietatis famam facile decoxit, cum Phocæ de regicidio gratulatus l. II. epist. 36. cujus initium, *Gloria in excelsis Deo, qui juxta quod scriptum est, mutat tempora & transfert regna.* Videatur insana hominis adulatio ibid. pl. ut & ep. 48. Reliquum nunc est, ut de studiorum ratione pauca quædam addamus, quo itidem constet, quænam barbariei prima fuerint incunabula. Eo res literarum publica una cum

Romani Imperii ruina devenerat, ut ever-
 sis bonarum artium sacrariis, nulli essent,
 qui bonas literas publice profiterentur, sic
 enim circa A. D. 534. Cassiodorus Aga-
 pero Romano Pontifici scripserat, *ut collatis*
expensis, in urbe Romana, Schole Christiana a-
perirentur; unde anima susciperent aeternam salu-
tem. præf. de Instit. Divin. Script. *Sed non*
habet locum inquit, res pacis temporibus in-
quietis, & ferventibus bellis. Cum ad Grego-
 rium episcopatus devolutus esset, maxima
 literarum ornamenta ab eo sperari potuis-
 sent, nisi omne studium ad augendas opes
 & conciliandum familiaræ suæ monachali
 nomen contulisset. Hinc & in Anglia aca-
 demias in cœnobis transfudit, Pelagianam in il-
 lis hæresin dominari causatus, ut Balæus
 de eo refert. Prohibuit quoque doctri-
 narum professione laicos & eosdem com-
 mercio suo dedignatus est, ut Antoninus
 in ejus vita refert, eodemque sanctitatis
 prætextu humanitatis studia, velut profana
 averfatus est, tanto quidem zelo, *ut cum in*
libris gentiliam cruditissimus fuerit, nunquam in
libris suis vel homiliis dicta gentiliam induxerit,
quinimo quendam episcopum, quem audierat popu-
lo grammaticam exponere, fabulas Poetarum mo-
valizare, non modice reprehenderit, dicens: quia

in uno ore non bene se capiunt laudes Christi cum laudibus Jovis distincte. 86 cum multa Anton. in vita ejus. Apertius autem ejus amor elegantiarum perspicitur ex præfat. in lobum. Quæso, inquit, ut hujus operis dicta perquirens, in his verborum folia non requiras, ipsam enim artem loquendi, quam magisteria disciplina exterioris insinuant, servare despexi, nam sicut hujus quoque præfationis tenor enunciat, non metacisimi collisionem fugio, non barbarismi confusionem. situs motusque propositionum, casusque servare contemno: quia indignum vehementer existimo, ut verba cælestis oraculi restringam sub regulis donati. Inde non mirum omnes ejus exemplo monachos nuncium misisse politiciori literaturæ & cognitioni linguarum, in vota vero transiisse quæsitam barbariem. Tanta certe literatorum tunc temporis inopia, ut qui Græco sermone aliquid verteret, aut ex Græco in latinum transferret, nec Romæ nec Constantinopoli reperiretur, ut patet ex l. 6. epist. 57. Gregor. & Niceph. l. 18. c. 13. quin & seculo sequenti per omnem Italiam idoneus non fuerit inventus episcopus, cui Agatho Pontifex legati munus Constantinopoli obeundum committere posset. Ursin. de orig. eccles. Germ. p. 71. Sic linguæ latinæ tutor, po-

lymathiæ studium, & omnis Philosophiæ splendor paulatim umbris immerſa ſunt, ut tandem fœda barbariei nox ſcientiis omnibus incumberet. Propius nunc ad Scholaſticos accedemus, & omiſſo ſeculo ſeptimo, quod non niſi Bonifacii ambitione, quam cap. 3. ſuperius notavimus, nobile eſt, ad duo illa ſeculo octavo, Bedam occidentis, Damascenum orientis, lumina accedemus, idque cum primis eam ob cauſam, quod ex Bedæ diſciplina prodierunt, qui nobiliores ſcholas doctrina ſua exornarunt, Damasceni autem ſcriptis ferme ſolis ad tantam ſua ætate claritatem profecerint Scholaſtici. Hic vero Damascenus opere de orthodoxa fide potiffimum immortalitati nomen ſuum commendavit, *quo univerſam Theologiam, quatuor libris comprehenſam, & diſciplina in morem conformatam uberius & accuratius perſecutus eſt, quam ullus ante ipſum.* (Calixt. verba ſunt appar. Theol. p. 128.) Inter cœteros autem fidei articulos, cum de Perſona Chriſti tam periculofas hæreſes extiſſe cerne-
ret, integro *tertio libro*, ut & *quarto eum ſum-
pſit explicandum articulum*, nec tamen omnibus ſatiſfecit; imprimis vero Calvinianis,
quo-

quorum de Damasceno iudicium sufficit ex unico Hottingero notasse Histor. N. T. c. 8. p. 475. *Tria potissimum, inquit, in eo de- siderari. 1. quod omissis articulis quibusdam momentosis ac maxime necessariis de libero arbitrio, de fide, de officio, multas spinosas & intricatas quaestiones rebus Theologicis immisceat, multasque peculiare Doctorum illius aetatis opiniones, ut fidei articulos proponat. 2. quod rarior sit in citandis & explicandis Scripturae locis. 3. quod Phrasologia non modo à S. Scriptura, sed etiam a recepta ecclesia consuetudine longius abest, ex Philosophia & otiosis quaestionibus magis deprompta, quam ex scriptoribus ecclesiasticis petita.* Et hæc quoque causa est, propter quam Danaeus, & post ipsum magno numero alii Damascenum cum Lanfranco Scholasticæ Theologiæ regnum habere permiserunt. Quidquid autem hujus sit, id extra omnem controversiæ aleam positum, Damascenum cum reliquos omnes fidei articulos attigisset, peccati originis ne titulo quidem meminisse, unde certo colligimus cum Chemnit. LL. Theol. de pecc. orig. pag. 240. sepultam jam tum fuisse salutarem de Gratia & perditis naturæ nostræ viribus doctrinam, quam tanto ardore Augustinus quondam asseruerat. Illud præterea

atro carbone notandum in Damasceno, quem Græci cognomento Mansur vocant, quod imaginum cultus in oriente patrocini-um suscepit, & tanto quidem fervore, ut hæreseos hujus nomine synodo œcumenica septima act. 6. condemnatus sit. Extat præterea ejus inter scripta oratio pro defunctis, quæ in probando purgatorio animarum, apparitionum & revelationum fide utitur, quales apparitiones ex Gregorii Dialogis supra memoravimus; In hos enim ex latino versos cum Damascenus incidisset, Sanctis omni studio devotus cupidissime arripuit, quæ Gregorio per quietem forsan aut vanæ mentis errorem visa fuerant, utpote illud de Trajani anima vinculis umbrarum soluta precibus Greg. vel ut interpres reddidit, hostia. Inter novas ejus de purgatorio fabulas & hæc insignis maxime occurrit, quod *Macarius ex cranio arido sciscitando de defunctis pleraque didicit; Et quia faciebat pro consuetudine sua pro defunctis preces, scire desiderabat numquid illis prodesse, & an consolatio eis inde proveniret. Deus animarum amator, volens hoc sermo suo pluribus & certis argumentis patefacere, cranio quod exaruerat, verbum veritatis inspiravit. Prorumpente cranio in hac verba: Quando pro mortuis*
offers

offers preces, consolatiunculam sententus. Qualia cum vix digna homine sapiente sint, *levem, futilem, vanum, & mendaciorum plenissimum aliquando scriptorem Damascenum ipse Baronius pronunciavit, & nos, inquit Casaubonus exerc. 1. n. 48. pag. 101. ibi clare probamus.* Sunt vero, qui num Damasceni illæ orationes sint, addubitant, inter quos Chemnitius Theologorum facile Princeps, exam. conc. Trid. p. 3. p. 182. *Operose ait, non disputabo, an oratio illa γυναικῶς sit Damasceni, cum in locis suis communibus de orthodoxa fide nullam purgatorii mentionem faciat.* Magis adhuc ambigit Nobilissimus Moræus d. sacrific. Missæ l. 3. c. 11. pag. 492. *Orationem, inquit, illam Damasceni esse agere creditur, cum in libris de orthodoxa fide, in quibus fidei Christiana summam comprehensam voluit, Purgatorii meminerit nusquam. Cum etiam hæc ipsa oratio in editione & versione Comitum Neapolitani Veronenfis longe alia habeatur.* At vero non est, ut de autore orationum harum Damasceno dubitemus, quando ea tum pestis in ecclesia regnabat, ut non certis & evidentibus scripturæ testimoniis, sed vanis religiosorum persuasionibus aurea hominum ducerentur. Et quis nescit, eodem Damasceni seculo frivolis somniis,

&

& anicularum fabulis imaginum cultum, à Nicæni concilii patribus stabilitum, qualia ab episcoporum concilio profecta fidei probandæ argumenta nemo crederet, nisi in literas acta ejus exiissent. Quin imo Damascenus velut ipse de veritate dubitans harum suarum assertionum, tandem inquit: At nos ἐκ ἀποφαντικῶς ἀλλὰ συλλογικῶς, διὰ τὸ Φιλιάδελφον. *Definimus nihil, indignum enim foret, tantum fraternitatis studio rationamur.* Hic vero notanda venit Bellarmini inconstantia, qui de scriptor. eccles. *Oratio*, inquit, *de his, qui in fide migraverunt scrupulum injicit, narrationes enim ille falsæ videntur, & fabulis similiores, quam historie*; Libro tamen primo de purgat. c. 10. purgatorium ex hoc Damasceni loco astruit, mox vero sui oblitus, cap. 8. lib. 2. testimonium ex libro illo rejicit iterum. De antiquitate harum narrationum consuli Vossius poterit de Histor. Græc. p. 282. Hic vero Damascenus *cum multa præclara opera scripsisset, atque imprimis quatuor libros de fide orthodoxa, in quibus ipse primus universam Theologiam recto ordine comprehendit; eum imitati sunt Magister sententiarum & Doctores qui Scholastici dicuntur*, inquit Bellarminus de scr. Ecclesiast. Quando autem in latinam linguam translati

lati sint Damasceni libri, memorat Johann. Bromton. Chron. (inter scr. Rer. Angl.) p. 1036. Cum de Hugone de Victore & Richardo verba fecisset; *Circa idem tempus, inquit, translatus est liber Johannis Damasceni in latinum, mox addit; Hoc anno magister Gratianus de Tuscia natus, ejus frater germanus Magister Petrus Lombardus episcopus Parisiensis compilavit quatuor libros sententiarum.* Unde liquet, quod nisi Damascenus quatuor de orthodoxa fide libros scripsisset, nec Lombardus quatuor suos sententiarum libros compilasset. Superest ut hoc loco à transsubstantiationis culpa, quam nonnulli in Damascenum derivant, ipsum liberemus. Qui enim hujus erroris reus erit, qui aperte confitetur l. 4. c. 14. *Quemadmodum in baptisate, quia consuetudo hominibus est aqua lavari, & oleo ungi, conjunxit oleo & aqua gratiam Spiritus S. & fuit illud lavacrum regenerationis: hunc in modum, quia mos hominibus est panem manducare, & vinum & aquam bibere, conjunxit his ipsis suam divinitatem, & fecit hoc, suum corpus & sanguinem: ut per assueta, & que sunt secundum naturam, in iis, que sunt super naturam collocemur.* Nunc vero ad alterum illud occidentis lumen Bedam accedemus, qui hoc seculo major annis Dama-

sce-

sceno fuit. Tot certe laudum ejus argumenta extant, quod orthodoxæ illius de justificatione, atque invocatione solius Dei sententiæ; & legi encomia ejus possunt l. i. Guil. Malm. de Gestis Angl. ab initio ad c. usque 10. ut & in actis Pontif. Eboracens. Th. Stubbs. p. 1695. Id silentio minus prætereundum videtur, quod jam suo ævo surgentem Antichristianismum deploravit, & majora ejus incrementa prædixit. Sic namque exposit. Allegor. in Sam. l. 4. c. 2. *Verum hæc sive modernis temporibus acta, seu futuris sub AntiChristo crediderimus agenda, videat Lector, nec sine lachrymis rem lachrymis dignam contempletur, quantum ecclesiæ status ad pejora quotidie, vel ut mitius dicam, ad infirmiora gerenda devolvatur.* Hæc tamen asserit se profari, non, quasi non & hodie multos existere, multos semper exituros perfectos in fide & veritate crediderim, sed quod maxima in parte viderim, jam jamque instare tempora olim prædicta. Primus ille Augustinum præ reliquis Patrum admiratus, ejus sententiis sua passim convestit atque exornat, qua in re scholastici illum imitati Augustinum ferme solum pensi habuere. Quæ humanioris literaturæ ejus tempore cultura fuerit, ex Simconis Dunelmensis Hiltor. l. i. c. 8. disce-

re est, ubi de Beda scriptor antiquissimus loquens. *Per id temporis deditus erat studio, quando Theodorus Archiepiscopus & Adrianus Abbas, qui literis sacris simul & secularibus abundanter ambo erant instructi, peragrata tota Britannia, congregantes discipulorum catervam, scientiæ salutariæ cotidie flumina irrigandis eorum cordibus emanabant, ita ut etiam metricæ artis, astronomiæ & arithmeticiæ ecclesiasticæ disciplinam inter sacrorum apicum volumina suis auditoribus contraderent.* Hisce præceptoribus in Schola tandem Beda successit, tanta quidem nominis gloria: *Ut apud ejus sæculi doctiores proverbium de eo diceretur: Hominem in extremo orbis angulo natum universum orbem suo ingenio perstrinxisse.* Sixt. Sen. Bibl. 265. Extant axiomata ejus philosophica ex Aristotele & aliis philosophis collecta, quæ certe cum quibuslibet antiquorum philosophorum scriptis certare possunt. Quantum etiam humaniori literatura tinctus fuerit, egregio illo & cedro digno carmine, quod æternæ vitæ desiderio flagrans conscripsit & habetur apud Simeonem Dunelm. histor. de gest. Anglor. p. 96. satis superque ostendit, quod non ejus ævis fordibus sed Maroniana vena fluit. Cumque sic velut ab alta sapientiæ arce radios

eru-

eruditionis Beda diffunderet, primus venerabilis salutatus est, quem honoris titulum vivum usurpasse Bedam constat, et si Archidiaconus Huntundinensis post fata demum Bedæ accessisse prodat, cujus verba hoc loco referre operæ pretium visum fuit, ut quantum à Bedæ exemplo & literarum elegantia posteri defecerint, his ipsis significemus. Ita ille (apud Calvis. Chronol. ad a. 734.) *Quod venerabilis dicitur idem Beda ex levi causa originem traxit. Discipulus enim quidam, cum vellet præceptori suo epitaphium scribere versibus leoninis, essetque non satis exercitatus, sic incepit. Hac sunt in fossa Beda Presbyteri ossa: intelligens autem metrum hoc modo stare non posse, mire se torsit, & tandem defatigatus in hisce cogitationibus obdormivit, & in somnis putavit sibi divinitus suggeri vocabulum: Venerabilis, quo versum compleret, ut esset: Hac sunt in fossa Bedæ venerabilis ossa. Et hoc modo titulum Beda fecit, ut Venerabilis diceretur.* Sed aliam magis ridiculam occasionem hujus cognomenti Durandus affert rational. divinor. officior. c. 40. f. 280. *Beda cum præ nimia senectute oculi ejus caligarent, fecit se duci per villas & castra, ubique verbum Domini prædicando: Cumque quadam vice per quandam vallem magnis lapidibus plenam transiret, &* qui-

quidam ex auditoribus ei diceret, quod ibi eſſet magnus populus congregatus, expectans ejus predicationem aſidue & ſilenter, & tunc incepit illi predicare ferventer, & cum in fine concluſiſſet, per omnia ſecula ſeculorum, mox omnes lapides alta voce clamare dicuntur. Amen venerabilis pater, Amen, & ideo venerabilis pater appellatur. Ex hac Anglicana Theodori & Adriani horumque ſucceſſoris Bedæ ſchola prodiere, qui ſeculum octavum nominis & eruditionis ſuæ gloria illuſtrarunt. Albinus, Claudius & Johannes Scotus, Pariſienſis & Ticinenſis Scholarum Platones & Magiſtri. Quomodo vero illi in Gallias commigraverint ex monumentis Chronic. Arelatens. quæ Bromton. Abbas Jorlan. in Chron. p. 877. & Antonin. Hiſt. t. 2. tit. 14. c. 4. §. 12. recensent, hoc loco repetemus. *Caput aureum ſtatue, de qua Danielis primo, per Carolum M. erexit Deus in Francis. Qui cum regnaret & ſtudia literarum deeſſent, & eſſent in oblivione, & cultus divinitatis teperet, (nota hic ſeculi labem.) contigit duos Scotos monachos de Hibernia cum mercatoribus Britanniſis ad litus Gallia devenire, in ſecularibus & ſacris literis eruditos; Qui cum nihil venale oſtenderent, ad turbas convenientes cauſa emendi, clamare ſolebant; Si quis eſt avidus ſapientia, veniat ad nos, & accipiat eam, nam apud nos eſt venalis; & ſic*

T

fa

factum est sepe. Aliis putantibus eos esse insanos, venit hoc ad aures Regis, vocatique sunt ad Regem. Et cum quæreretur an haberent sapientiam, responderunt, se habere illam & in nomine Domini, quarentibus eam dare parati sumus, inquirunt. Quo quarente, quid pro ea peterent. Responderunt, se petere tria. Loca oportuna, & animas ingeniosas, & illa, sine quibus ista vita non potest transire, scilicet alimenta, & vestimenta, quibus legamur. Tunc Rex gaudio repletus, utrumque secum retinuit, & postea, cum iret ad bellum, unum nomine Clementem Parisiis residere fecit; nobilesque pueras ei commendavit, & ut erat necessarium, victualia ministrari precepit oportunis ad inhabitandum locis deputatis. Alterum in Italiam duxit, cui monasterium sancti Augustini juxta Ty-nensem (Anton: rectius Ticinensem) urbem delegavit, ut qui vellent addiscere, possent ad eum aggregari: Hoc audito, quod Rex gratanter sapientes & religiosos viros susciperet. Venit Alcuinus cum sociis ad eum in omnibus scripturis exercitatus, ut discipulus Bedæ, quem Rex secum usque ad finem retinuit, nisi cum ad bella iret, deditque ei abbatiam B. Martini, ut quando esset absens quiesceret, & ad se confluentes doceret. Et sic Franci æquati sunt Romanis & Atheniensibus, scilicet quoad gloriam studiorum in Philosophia, & artibus liberalibus. Polydorus Virgilius paulo aliter rem tradit, & ab Alcuino primum legato ad Carolum post ejusdem informa-

tore

doctrina
esse insanam
sunt ad do
pieniam po
mine Domi
inquin
Respon
, & uniu
a non pot
nta, quib
urumq
llum, unu
; nobiles
ecessarium
ad inhabi
Italiam de
ni juxta D
(sem) arbi
essent ad em
anter sapi
cnie Alqui
ocuris exo
ecum unq
e, de diu
esset abso
Et h
iensibus, s
lophobia, &
gilius p
o primu
informe
cor

tores auspiciū scholarum arcescit l. 4. hist. Angl. de quo vid. sup. c. 1. Coniungi his merentur, quæ de Scholis in Anglia & Oxoniensi antiquissima omnium academia idem recenset l. 5. p. 139. Ex hisce dijudicari possunt, quæ de fundatione harum academiarum movet non incelebris inter Gallos historiographus Estienne de Pasquier l. 3. des recherch. de la Franc. ch. 21. f. 149. (habentur apud Limnæum notit. Regni Franc. l. 5. c. 7. l. f.) Qui in ea est sententia, nullam esse harum academiarum fundationem a Carolo factam, siquidem nec Eginhardus & alii vetustissimi scriptores meminerint, neque etiam Parisiensis academiæ ante Lombardi tempora in Bernardi scriptis ulla mentio occurrat. Quibus ipsius argumentis & hoc addere possemus, inter historicos adeo non convenire de primis scholarum harum magistris, ut diversi diversa de illis edisserant. Constat præterea Lombardum Episcopum Parisiensem summum splendoris apicem Scholæ Parisiensi tandem adjecisse; de quo infra pluribus. Quod vero ex academiarum nomine ignoto arguit, nec fundatas illas fuisse à Carolo, facile evincere posse-

T 2 mus,

mus , nec ante Thomæ tempora academi-
 arum nomen frequentatum fuisse , &
 Scholæ Parisiensis auctoritatem invaluisse.
 Hi vero Bedæ discipuli, quam egregie hu-
 manitatis studiis excolti fuerint , vel uni-
 cum opus Capitulare elegantissimo ser-
 monis genere conscriptum, ut & ejusdem
 Alcuini opusculum Grammaticum, quod
 inter veterum Grammaticorum opera ex-
 celsum extat, satis superque docent. Re-
 spiciemus hoc seculo orientem quoque, &
 unicum ibi Metaphrasten ejusque opera
 aliquantisper lustrabimus , unde experi-
 mentum capiemus, quam insulsis nugis &
 apertis mendaciis recens idololatria cœpe-
 rit propagari. Scripsit Græculus ille men-
 dax vitas sanctorum , quibus sic martyres
 ad Deum orantes facit, ut qui eorum no-
 minis & doloris in posterum meminif-
 sent, præsentissima DEI gratia quibusvis
 malis liberarentur. Sic in Blasio refert,
 quod pro senibus pueris imo & jumentis
 Deum deprecatus sit, ut confestim morbis
 omnibus eriperet illos , si quando nomen
 suum commemorari precibus hominum
 acciperet. Et cum hæc dixisset, Christus,
 ait Metaphrastes, *à nube super ipsum descen-
 dens*

ens respondit. Omnes petitiones eorum implebo propter te, dilecte mi Athleta: Non hac autem solum, sed etiam faciam, qua precatus vidua, atque benedicam unicuique domui, in qua memoria tui celebrabitur, atque repositoria eorum implebo omnibus bonis propter gratiosam hanc confessionem tuam fidemque quam in me habes. Hisce nugis & somniis animi hominum tunc temporis pascebantur, quæ ab epoptis quæstuosæ religionis non sacro silentio tangebantur, sed publicis differebantur clamoribus. Sed nunc ad occidentem, & Alcuini discipulos revertemur, inter quos Rabanus & ingenio & operum claritudine excellit. Quantum ecclesiæ laboribus suis profuerit, ostendunt opera Commentariorum in S. Scripturam; quantum etiam in politiori literatura desudarit, Philologica quædam ejus scripta, *Rara avis his seclis nigroque similima cygno*, satis ostendunt. Fuisse eum Doctorem Parisiensem Eysengreinus asserit cat. test. verit. qua fide, hætenus non liquet. Trithemius de eo memoriæ proditum reliquit, quod *offensus improbitate monachorum suorum, qui eum dicebant nimium scripturis intentum, & (en Ducem Monachorum) agente id in eis Diabolo, displicentiam contra eum acceperunt, scandalizati in eo, quo ma-*

xime debuerant edificari, ad Ludovicum Imperatorem se contulerit, & ab eo Moguntia Archiepiscopus renunciatus sit. In exhausto labore summaque devotione tempus suum in literis ipsum consumpsisse, argumento est vel unicus ille liber, quem de S. Cruce conscripsit, tam plectili Minerva, ut nullus eum Dædalus simili opere imitari possit. Utinam vero in alia tempora Rabanus incidisset, positam certe in medio palmam omnibus, vi quadam ingenii, & pari diligentia ardore præripuisset. Ex argumento autem libri istius fac elucet, post synodum Parisiensem in lucem editum fuisse, quo tempore gliscibat de adorandis imaginibus controversia, tandemque ex voto Pontificis cadebat, postquam de cruce adoranda in suffragium fuerat. Quibus gradibus hæc idololatria crucis Christi obtentu ad summum tandem fastigium ascenderit, occasione librorum Rabani de S. Cruce paucis adjiciemus. Constantinum primum fuisse, qui crucis insigne inter vexilla, a militibus tantum non adorata, erigi jussit, ex Euseb. de vita August. l. 1. c. 22. videre est. Gregorii Magni tempore cum processio-

nes

nes pestis tempore frequentarentur, crucis ostentationi additas imagines & compellatam insimul precibus Mariam fuisse, superius in vita ejus accepimus: Quo tempore quoque signo Crucis benedici cœptum. Aberant tamen adhuc ab omni religiosa crucis & imaginum veneratione, si Gregorio attendimus, qui Sereno Iconoclastæ l. 9. c. 9. hunc in modum scribit. *Te imagines adorari vetuisse laudavimus, fregisse reprehendimus.* Synodo demum quinifexta (a. 692.) can. 73. profitentur Patres, se vivificæ cruci tribuere προσκύνησιν, atque eam ob causam τῆς σαυρῆ τύπης in solo ac pavimento fieri prohibent. Posthæc tempora vehementissime in oriente de imaginibus tumultuatum; in qua Græcorum dissensione Pontifex Romanus suis commodis velificatus, ut iconomachos Græcos hæreseos prætextu Italiæ ditione privare posset, conciliis Romæ indictis idololatriam stabilivit, de quo superius c. 3. Confirmaverat eandem Synodus Nicæna II. sed Carolus Francofurtensi in synodo acerrime impugnavit. Nec tamen extirpari Imperatoria autoritate error poterat, qui a summo Ecclesiæ antistite in reliquos

diffusus firmiores egerat radices. Ludovicus ergo, ut malo tandem remedium adhiberet, patris ad exemplum convocata synodo de concordia cum Pontifice in eunda episcopos deliberare iussit. Illi firmantes Francofurtensium acta, in cruce tamen veneranda à Caroli præscripto discesserunt. Parisiensis hujus synodi canones Cæsarum jussu ad Pontificem pertulerunt Jeremias, & Jonas Aurelianensis, his Cæsarum mandatis instructi. *Vos patienter & modeste cum eo de hac causa disputationem habeatis, ut summopere caveatis, ne nimis ei resistendo, eum in aliquam irrevocabilem pertinaciam incidere compellatis. p. 157. Synod.* Hic vero Jonas Aurelianensis inter præcipuos Parisiensis Synodi Patres, cum oppugnandum sibi Claudium Iconomachum Taurinensem Episcopum sumpsisset, scripto contra ipsum edito, etsi idololatriam damnabat, in hoc tamen falsitati patrociniatus est, quod eos, qui in cultu atque adoratione imaginum aliquid temporis insumpserint, nullo tamen pacto ab unitate fidei defecisse, & ad idola conversos esse, assererat. l. de cult. Imag. p. 696. (Quæ Pseudo Nicenæ synodi sententia fuit) Porro cum inter latrariam & du-

liam

liam distinxisset, negasset vero imaginibus externum cultum, solam crucem venerandam esse contendit, non tamen eo cultu, qui solius divinitatis est, sed alio quodam in recordationem Christi Salvatoris, de quo vid. Chemn. Conc. Trid. p. 4. p. 37. Hunc Jonam Aurelianensem episcopum imitatus est Rabanus, & Pontificis gratiam demeriturus, libros duos de sancta cruce conscriptos alterum ligata, soluta alterum, Gregorio IV. dedicavit, quibus, potissimum vero secundo, omnia, quæ alias merito Christi sancta tribuit ecclesia, cruci ascribit. Inter alia expos. metr.

2. l. 2. *Merito inquit, te Regnam ex Christo Rege vocamus, quia regni cælestis aditum primum per te meruimus; dumque humanitatis ejus atque divinitatis gratiam, ipsum portans, promeruisti, in unius DEi omnipotentis laudem sacra confessione Christicolas sociasti. Et post alia. Per desideratam ejus victoriam es benedicta. Quam claram & quam magnam suo amore omnium conditor te reddidit, vivificationis enim manere te ditavit, & ad hoc salubriter erexit, ne antiquus hostis qui primum nostrum parentem sibi consentientem de paradiso ejecit, diutius elogio progeniem ejus in exilio damnatam fatigaret.*

298 Cap. VI. De Autoribus Doctrinae

(Hic alludit ad virtutem crucis in abigendo dæmone) His similia omnibus fere paginis occurrunt. Notandum tamen de Rabano, quod, licet crucis elogia tanto studio cumulaverit, nusquam tamen in ejus externa imagine aliquid contra Dæmonem præsidii sibi constituat, ideoque orando ad Christum ubique se convertit. Notabilis ultima libri primi figura; illa namque (in MScripto, quod possideo) procumbens coram cruce cernitur Rabanus, averſa tamen ab illa facie: Orantis figuram exprimunt hæc in carmine singulari artificio verba coeuntia, aureis distincta literis. *Hrabanum memet clemens rogo
Christe tuere O pie iudicio:* Et sic librum finit. Dedicatione operis hujus sat ostendit, quantum tunc temporis invaluerit auctoritas Pontificia. Inter alia enim ita Gregorium IV. affatur, dum se suaque ipsi commendat

*Præsul amate Deo, te, Papa Gregorius,
oro,
Inter oves proprias me miserum ut numeres.*

Sisque

*Sisque tui famuli protector verus, &
ipsum*

Æterno Domino restituas precibus.

*Credo quidem memet per te conquirere
posse*

*Vitam, quam nequeo per propria me-
rita.*

Introduc̄ta in ecclesia adoratione crucis, in proclivi erat, eandem imaginibus vendicare. Sic namque legimus Anastasium Bibliothecarium præfat. in VII. synodum ad Joh. VIII. contra Gallos & Parisiensis concilii patres, qui opus manuum adorandum esse negarant, argumentantem. *Si opus manuum non est adorandum uti dicitis; Quare ergo cruci cultum decernitis? Item si imago crucis adoranda, quanto magis imago ejus, qui in cruce pependit. Hic vero Anastasius ad synodum Constantinopoli, hoc eodem seculo habitam, Pontificis mandato (verba Aimoin. sunt l. 5. c. 17.) perrexit. In qua synodo de imaginibus adorandis aliter, quam orthodoxi doctores ante diffinierant, statuerunt: Et quadam contra antiquos canones, & contra ipsam suam synodum constituerunt, sicut qui eandem synodum legerit, patenter inveniet.*

Nono

300 Cap. VI. De Autoribus Doctrinæ

Nono nunc prætermisso seculo, quo pauci claruerunt, ad X. accedemus, quo ad summam ἀκμὴν Antichristiana crudelitas pervenit, & nova de Sacramento Cœnæ Dominicæ certamina initium sumpsere. Totam autem Sacramentarii certaminis historiam Berengarium inter & Lanfrancum non meis sed historicorum verbis contexam, ut quid Reformatis in Berengario præsidii sit, quilibet dijudicare possit. *Fuit autem Berengarius (a) Andegavensis Archidiaconus, Thesaurarius, Scholasticus. (b) artium liberalium & amplius dialecticæ peritia insignis. (c) qui cum esset multum peritus, multum erravit, asserens, ut testatur Vincent. Spec. hist. Eucharistiam, quam sumimus, (nota hoc dixisse Berengarium illud quod sumimus in S. Cœna) non esse verum corpus Christi & sanguinem, sed figuram esse corporis & sanguinis Christi (d)*

(a) Papir. Masson, 3. ann. Franc.

(b) Sigebertus de illust. eccl. script. c. 155.

(c) Anton. p. 2. tit. 16. c. 5. 20. Sigebert. Gembl. 1051. non esse revera corpus sed figuram corporis &c. continuat. hist. eccles. Gentis Angl. l. 3. c. 27. quam Guilielm. Malmesb. vendicant, non esse verum & substantiale corpus domini sicut S. Ecclesia prædicat.

(d) Bromt. Abbas Iorlan. Chron. p. 940.

Sch
 sicque
 existe
 scate
 egeno
 sollic
 cath
 eum
 roris
 depu
 Bere
 tant
 in m
 carce
 cum
 finib
 iter
 mem
 pulpe
 Lanf
 adu
 tian
 isse
 in i

(e)
 (f)
 (g)
 (h)
 (i) E

sicque corpus Christi & sanguinem non vere
 existere in altari, sed fantastice. (e) Iamque
 scatebat omnis Gallia ejus doctrina, per
 egenos scholares, quos ipse cotidiana stipe
 sollicitabat, disseminata. Unde soliditati
 catholica timens, Leo Papa, Vercellis contra
 eum instituto concilio, tenebras nebulosi er-
 roris Evangelicorum testimoniorum fulgure
 depulit. (f) Interfuit huic concilio Leo IX.
 Berengarius comparere non ausus, duos
 tantum clericos eo mittit, qui rationes suas
 in medium proponant. Hi vero illico in
 carcerem conjecti facile obterrentur. (g) Sed
 cum post obitum Leonis virus harescos diu in
 sinibus quorundam nebulonum confotum
 iterum erumperet. (h) Et Berengarius Leo-
 nem non Pontificem, sed Pompificem atque
 pulpificem vocaret: eumque infatuatione
 Lanfranci infatuatum, concilium vanitatis
 adunasse. (i) Ecclesiam vero propter imperi-
 tiam male intelligentium erravisse & peri-
 isse clamaret, dicitans: In nobis solis, &
 in iis, qui nos sequuntur sancta in terris ec-
 cle-

(e) Guiliel. Malmesb. l. 1. c. conf. Matt. Paris. a. 1087.

(f) Mornæus de Euchar. 4. c. 8. p. 745.

(g) Guil. Malmesb. l. 1. c.

(h) Guizm. l. 1.

(i) Baron. ex Lanfranci epistolis ad a. 1071. s. 21.

clesia remansit. (k) Turonis iterum conven-
tum Victore II. Pontifice, cujus ibi personam
sustinebat Hildebrandus (tunc temporis
Archidiaconus Turonensis apud Mal-
mesb.) Eo accessit Berengarius. Et convi-
ctus (l) cum panem & vinum in sacrificio
Domini non umbratici, sed vere Christi car-
nem & sanguinem fieri, dato propria manus
sacramento confirmasset, dimissus est (m)
Lanfrancus interea (qui antea Berenga-
rium amicum oppugnavit) in mundo fa-
mosus recessit a patria, & Beccense mona-
sterium intravit in Normannia, sub abbate
Herleddino. Et simulans se pauca aut nul-
la scire profatuo quasi & simplici habeba-
tur. Eodem tempore famosus & improvi-
ditus Berengarius, qui antea tenuerat opinio-
nes contra ecclesiasticam doctrinam, & per
Lanfrancum sapius retusus, eo tempore
de Lanfranco nec audiens, nec videns, cre-
didit eum de medio sublatum. Et sic secu-
rus per Galliam suam haresin seminavit,
scilicet, quod verum corpus Christi non fuit
sa.

(k) Mornæus de Euch. l. f. c.

(l) Guilm. 1. de Sacr.

(m) Henr. Knygthon, Canonic. Leycest. de event.
 Angl. l. 2. p. 2360. (inter Scr. Tvvyss.)

Sch
 super
 rapit
 Veru
 conci
 omne
 venin
 sifter
 retur
 eund
 causa
 frequ
 tuus,
 dixit
 abba
 impe
 Bere
 propo
 proba
 renga
 stuiſſ
 quod
 quen
 vero
 cund
 runt
 delati
 de abb

super altari, & fere Nicolaum Papam corrupit. (hic jam successerat Gregorio VII.) Veruntamen consilio quorundam celebravit concilium universale, ut omnes prelati, omnes etiam abbates cum viris literatis convenirent, ut in aliquo possent Berengario resistere, ut ejus error universaliter reprobaretur. Statuta die Abbas Lanfranci ad eundem locum se preparavit, & cognita causa Lanfrancus, ut cum Abbate ire posset, frequenter postulavit, & licet tanquam factuus, & simplex frequenter esset repulsus, dixit se esse fortem, ut in pressura concilii abbati succurreret, & taliter, ut secum iret, impetravit. Perventum est ad concilium. Berengarius coram omnibus errorem suum proposuit, & prout potuit, rationibus comprobavit. Quibus dictis non erat, qui Berengario responderet, licet Papa fortiter instuisset. Magister Lanfrancus videns, quod fides deberet periclitari, licentiam loquendi ab abbate signis postulavit. Abbas vero videns, quod sibi stulto sermone verendum inferret, licentiam negavit. Veruntamen dixit ei quidam, quod forsitan revelatum erat minori quod non majori; unde abbas cum tremore licentiam concessit.

SUR-

Surgens vero Lanfrancus rationes Berengarii improbat, & errorem ejus manifestavit. Respondit Berengarius (qui mortuum credebat) aut tu es Lanfrancus, aut tu es Hæreticus, & quando in scholis militavimus, semper contra fidem catholicam autoritates collegisti. Post hæc hæresin suam abjurans ad catholicam fidem conversus est. (n) Quin & constitutionis redivictus libellos suos coram omni synodo cremavit.

Formula Palinodiæ extat de Consecr. Dist. 2. Can. Ego Berengarius. Quæ cum longior sit, atque ibi videri possit, hoc loco omitto.

(o) Porro licet Berengarius primum calorem juvenutis aliquantarum hæresium defensione infamaverit, ævo austeriore ita respicit, ut sine retractatione a quibusdam sanctus habeatur, innumeris bonis maximeque humilitate & eleemosynis approbatus. Hinc virtutum ejus exempla recenset Guil. & simul epitaphium, quod ipsi Cenomanensis episcopus Hildebertus posuit elegantissimum, quo tamen. *Hildebertum vera laudis metas amore incitatum*

(n) Guitm. 1. de Euch.

(o) Guilielm. Malm. loco supra cit. eadem verb. apud Anton. 1. l. c.

tum tranſiliſſe addit. De vitæ ejus exitu hæc idem ſubjungit. *Bereng. plane, quamvis ipſe ſententiam correxerit, omnes quos ex totis terris depravaverat, convertere nequidit. Adeo poſſimum eſt, alios exemplo vel verbo a bono infirmare, quia fortassis peccatum te gravabit alienum, cum deletum fuerit tuum. Quin & ipſe die epiphaniarum moriens, gemituque producto recordatus, quot miſeros quondam adoleſcens primo erroris calore ſecta ſua infecerit: Hodie, inquit, in die apparitionis ſua apparebit mihi Dominus Jeſus Chriſtus, propter pœnitentiam, ut ſpero, ad gloriam, vel propter alios, ut timeo, ad pœnam.* Atque hæc de certamine Berengariano non mea ſed Hiſtoricorum fide docere volui, cum viderem ex Reformatiſ non paucos appoſito verborum colore, obſcuratiſ aliquibus nonnulliſ etiam ſilentio preſſiſ nimis dubiam & incertam reddidiſſe Berengarii hiſtoriam. De Lanfranco hic plura addere, ejusque pietatem, liberalitatem & modeſtiam Berengarianiſ virtutibus ſi non anteferre certe æquare poſſem, niſi me intra brevitatiſ limiteſ continerem. Videri ejus vita & virtutum exempla apud Knygthonum poſſunt loco ſup.

V
cit.

cit. Ubi & hoc occurrit, quod ad Augustinum nonnulli referunt. Ipsum scilicet de mysterii Trinitatis intellectu meditando, ad Sequanam vidisse puerum cochleari haurientem aquas, & in puteolum infundentem; ex quo, cum quæsiuisset, quid esset, quod ageret; & *se totam fossam immissurum in fossunculam*, puer respondisset: Id vero consummaturum ipsum negasset Lanfrancus, regessisse puerum. *Sic nec tu illud, quod versatur, in corde tuo cogitando*, & mox puerum disparuisse. Hinc vero colligitur, quam ob causam Danæus, & post ipsum alii Lanfrancum Scholasticorum Coryphæum constituerint, quin & ipsi transubstantiationis dicam nonnulli scripserint. Licet enim Lanfrancus, ut & Humbertus Cardinalis, durius nonnunquam locuti conuersti & fieri in altari corpus Christi asseruerint, licet & Guitmundus rodi a mure Eucharistiam non posse asseruerit, species tamen panis & vini nondum sustulerunt; stringere autem Berengarium voluerunt, ne sophisticationibus elaberentur, & corrigere prædecessorum sententias, quibus Berengarius nitebatur, quandoquidem nonnulli nimium irreverenter ipsum sacra-

cra.

cran
alim
disc
Apo
erro
Can
fran
oste
ab h
rat c
lum
do cu
Et pa
erati
etian
tias
res.
Item
tibus
guinis
affen
pani
in aen
tari,
carna
tatio
cratio
Landj
tari c

cramentum obnoxium esse secessui, inque
 alimentum corporis verti docuerant, *non
 discernentes corpus Domini*, ut hic cum
 Apostolo loquar. Abfuisse vero ipsos ab
 errore transubstantiationis, Glossator in
 Canon. Ego Berengar. It. in Canon. cum
 frangitur. It. in Canon. Utrum sub figura,
 ostendit. Præterea disertis verbis eosdem
 ab hac hæreseos suspitione Mornæus libe-
 rat de Sacr. Miss. l. 4. c. 8. p. 747. *Observan-
 dum, inquit, Landfranco, Algero, & Guitman-
 do cum adversariorum doctrina minime convenire.
 Et panem primi illi quidem, & vinum post conse-
 crationem species vocavere, qua Patres eo nomine
 etiam ante consecrationem designarant. Substan-
 tias vere ea voce significantes, non quod hodierni,
 res, que appareant tantum, non vero subsistant.
 Item cœpere illi docere corpus & sanguinem, in spe-
 siebus invisibilia Sacramenta esse corporis & san-
 guinis visibilis, ne infirmitatem humanam horror
 affenderet. At nondum in Sorbona didicerant
 panis & vini substantiam vanescere. Accidentia
 in aere sine subjecto pendula manu nihilominus agi-
 tari, Sacerdotis dentibus atteri: Ut nec dum etiam
 carnali huic phantasmati impostum transubstan-
 tiationis nomen: Quin potius etiam post conse-
 crationem Signi & Symboli voces retinebant. Et
 Landfrancus ipse cum Patribus Sacramentum al-
 taris corporis & sanguinis Domini figuram appet-*

V a

lare

late non abnuebat. Hactenus Mornæus. Ipsum vero transubstantiationis dogma, quod Gratianus canonibus nonnullis evertit: Lombardus dum l. 4. dist. 11. 12. varias sententias colligit, *definire non audet*) Lateranensi Concilio a. 1215. sub Innocentio III. hac tandem decretali Pontificis sententia firmatum. *Sacerdos & sacrificium Jeshu Christi, cujus corpus & sanguis in sacramento altaris, sub speciebus pani & vini veraciter continentur, transubstantiatis pane in corpus & vino in sanguinem potestate divina.* Id vero inficias nemo ibit, durioribus aliquibus Lanfranci, Guitmundi & Humberti definitionibus, non parum inclinatum fuisse veritatem, ut ex illo tempore religiosius habere hostias inceperint sacrificuli, & quando jam ob quæstum suum privatas missas contra præcepta Caroli & Ludovici constitutiones in ecclesiam introduxerant, Coenæ Dominicæ sacramentum in quæstuosum sibi sacrificium commutarint. De Hildebrando nunc multa hoc seculo dicenda restarent, quandoquidem sub ejus auspiciis Antichristianismus summi splendoris verticem consecutus est, cum autem jam superius ipsum

c. 3 corruptæ divinarum humanarumque rerum scientiæ reum peregerimus, unicum tantum hic adducemus testem, qui ipsum ab universalis ecclesiæ communione cum suis episcopis recessisse asserit, Waltratum Apolog. de Unitat. Eccles. p. 180. Ita ille. *Ecce quidam Episcopi secesserunt in partem Hildebrandi, habentes eam plures pretii, quam universitatem Catholica Ecclesia Dei. Ex quo factum est, seminante inimico homine in agro Domini, co multorum scandalorum Zizania, ut &c.* Vid. pl. ibidem maxime acerba in Hildebrandum & socios ejus Episcopos. Qua tyrannide ipse coelibatum Clericorum introduxerit, testantur, quos supra laudavimus scriptores. Præter hosce summam Ecclesiæ ejus temporis labem & detrimentum Aventinus enarrat l. 5. Annal. 2. p. 563. quem studiosus veritatis lector consulere poterit. Nec silentio involvendum, hoc decimo seculo tantam reliquiarum molem enatam, ut si ex ossibus singulos componeres divos, conceptis verbis jurares, tricorpores Geryonas fuisse. Qua autem fraude subito illa reliquiarum seges eruperit, Glaber Rodolph. Monachus Cluniacensis

sis memorat l. 4. c. 30. *Fuit, inquit, Homo ple-*
bejus, mangonum callidissimus, ignoti ta-
men nominis & patriæ, quoniam pro diver-
sitatibus locorum quarens latebram ne
agnosceretur, fraudulentè imponebat sibi
vocabula, vel de qua foret provincia. Custo-
diebat quoque e tumulis clancule ossa evel-
lens a cineribus nuperrime defunctorum
hominum, sicque imposita in diversis apo-
phoretis venditabat, apud plurimos pro
sanctorum martyrum s. Confessorum reli-
quiis &c. Mox quoque vulgus (ut se in tali-
bus habere solet) ignavum, quidquid rusti-
cana plebis fuit, totum ad hanc famam con-
fluit: pœnitet insuper, si non est sibi morbus,
quo curari deponat, tunc ducit debiles, con-
fert munuscula, pervigil tenet excubias,
præstolans repentina fore miracula; que
ut diximus aliquoties permittuntur fieri a
malignis spiritibus tentatorie, peccatis ho-
minum precedentibus: quod tunc procul
dubio evidentissime claruit. Multimoda
quippe membrorum reformationes ibidem
visæ sunt extitisse, ac insignia pendere oscil-
lorum multiformia, nec tamen præfules, (in
quorum diœcesibus talia profanabantur)
diligentiam hujus inquirenda rei adhibue-
re:

re: quin potius conciliabula statuentes in aliquibus nihil aliud nisi inepti lucri quæstum a plebe simulque favorem fallacia exigebant. Similes veteratorum sui ævi fraudes Gregorius Turonens. recenset histor. Franc. l. 9. c. 7. & suum de his iudicium subjicit, esse scilicet eos *Pseudo-Christos & Pseudo-prophetas in extremis temporibus consurrecturos.* Atque hæc in gratiam eorum, qui ex his reliquiarum sacris & vulgi deceptionibus quæstum in papatu occipere. Præter isthæc modo recensita publica ecclesiæ mala, illud adhuc suboriebatur fidei sanctæ & religionis damnum, quod spreta sacrarum literarum autoritate jam traditiones Papales non promulgarentur tantum, sed & perferrentur, cum seculo hoc X. & sequenti XI. decreta Pontificum, norma posthac religionis & cultus divini futura, per Anselmum Lucensem, Burchardum Wormatiensem, & Jvonem Carnotensem evulgarentur. De quibus Pontifici devotis autoribus sic sentiendum, quod, dum primæ & antiquissimæ veritatis lucem in ista superstitionum caligine animadvertere nequirent, neque etiam pretiosum a vili i. e. spuria a genui-

nis antiquitatis pignoribus discernent, curiæ Romanæ non vero Ecclesiæ emolumenta attenderunt. Emensî jam fumus post autores juris canonici quinque seculare interregnum Doctorum ecclesiæ ad usque scholasticos: Lustravimus immanes eheu! veritatis defectus, & fertilissima succrescentium errorum semina. Pedem itaque ad Scholasticos proferemus, illorum opera & studia, quantum fieri poterit paucis expressuri. Hi vero cum in istam corruptelarum sementem incidissent, tantam earum messem suis in scriptis congesse-
runt, ut, quo longius hinc recesserimus, eo perniciosius temeratam veritatem & convulsos fidei articulos, quin & Philosophiæ lacerata membra, velut sparfos absyrti artus, & illisam discissamque ad scopulos Glauçi faciem deplorare cogamur. Ad primam itaque Scholasticorum horum ætatem accedemus.

(2.) Seculo XII. asseruerat Irnerius seu Wernerus Germanus Romanas ab oblivione leges, cumque Cæsarum auctoritas ratas eas habuisset, certatim' alii salutari isti studio incubuere, & constituta simul præmia iis, qui in arcana legum atque ady-
ta

ta justitiæ penetrassent, qualia jam olim ipsis summa Cæsarum potestas antiquis legibus decreverat. V. Forster. histor. j. l. 3. c. 6. Invidebat eam humanarum sanctionum doctoribus gloriam Gratianus, ideoque ex divinis majorem captans, Ivonis, Burchardi & Anselmi vestigia secutus Canones veterum Conc. & Pontificia decreta in unum aliquod volumen compegit. Judicia de ejus operibus quod attinet, ob hoc a suis castigari & reprehendi solet, *quod non habuit delectum autorum ex quibus decreta collegit.* Bellarm. de script. Eccl. Atque ut Aventinus annal. l. 6. p. 624. *Jus Pontificiale dilaniavit atque confudit.* Quam in sententiam quoque M. Anton. de Domin. de Rep. Eccles. l. 6. c. 5. §. 80. *Collectio Gratiani est sagena de omni genere piscium, congregans Matth. 13. 47. neque discernens bonos a malis.* Lutherus adhuc disertius præf. in ep. Hieronym. Tom. 4. Jenens. p. 408. *Multa sunt, in libro, quem Decretorum Gratiani vocant, præclara ex Patribus collecta, in quibus cernere est, utcumque statum veteris seu primitivæ ecclesiæ, longissime diversum a statu sequentis, præsertim Romana, qua sibi post per Ischa-*

rioticos Pontifices, universalis ecclesia nomen arrogavit; Si tamen Ecclesiam licet appellare, qua hoc sacrilegum idolum ausa est statuere impudentissima facie. Sed Gratianus Pontificibus jam tunc tyrannidem in Ecclesia Christi vendicantibus adulantior, quam oportuit, optima dicta & Decreta Patrum, vel antiquat vel ad arbitrium Romanorum Pontificum depravat, pia (ut apparet) intentione, sed pestilentissimo exemplo. Nam inde Papa ita superbivit, ut jura negarit sibi nata. Gratianus ergo novam Canonistarum scholam aperiens multos invenit discipulos, cum a Papa Eugenio III. Jus novum Trithemio teste approbatum esset. Æmulatione flagrans frater ipsius Petrus Longobardus ex Scholastico Episcopus Parisiensis, Damascenum & Hugonem de S. Victore (cujus summa sententiarum VII. tractatibus comprehensa extat) imitatus, editis IV. sententiarum libris, Nomen suum ut Trith. loquitur de Script. eccles. p. 275. cum tanta gloria transmisit ad posteros, ut usque in hodiernum diem suis opusculis Theologorum schola ubique exercitata magistrum eum nominet & habeat. Sordebat

bat methodus antiqua Lombardo, quippe quæ discipulos parum exerceret, quæstionum itaque & distinctionum Philosophicarum ambagibus simplicitatem fidei supergressus adeo difficilem reddidit Theologiam, ut quemadmodum juris formulæ nonnisi à Jurisconsultis, sic & fidei doctrina nonnisi ab umbraticis magistris tradi atque explanari posset. Diximus de hoc instituto Scholasticorum superius cap. 2. ubi de mixtione Rationalis & Revelatæ sapientiæ egimus, & nunc idem Sixti Senensis l. 3. p. 216. Biblioth. ubi de Scholasticorum Methodo agit, & B. Rhenani verbis comprobamus. Ita Sixtus *Scholastica explanationis genus, quod nunc habemus, ex Theologia sacra & Philosophia, præsertim Peripatetica, conflatum, recens ac novum est, annis abhinc circiter quadringentis enatum, paulo post tempora Lotharii II. Imperatoris, qui An. Domini 1130. libros legum Romanarum pulveribus obritos reperit & in lucem reduxit, mandavitque publicè in Scholis legi, & secundum eas leges jus dici. Cæterum florescentibus jam ubique legum studiis, eaque doctissimis quibusque, quemadmodum in re nova fieri solet, amplectentibus, animadvertentes pii quidam clerici ac monachi scripture sacre cognitionem frigescere, & contemni præ studio legum,*

ipso

*ipsi quoque Theologicum studium aggressi sunt, atque exemplo Jurisconsultorum cæperunt libros exponere. Consecutus etiam eam, quam ex nova docendi methodo quæsit gloria, Lombardus. Receptis namque ejus collectaneis, refert B. Rhenanus in admon. de quibusdam Tertulliani dogmatis fini ejus editionis addita p. 899. Tum primum cæperunt, qui hac edidicissent & aliis item prælegissent, doctoris titulum accipere, qui inquam primum studii auctoritatem, quæ per exhibitionem baculi concedebatur, jam consecuti fuissent. (Hinc bacellariorum, vel Baccalaureorum uti nunc vocantur origo de qua supra.) Mox cum Doctorum numerus augetur, editæ sunt constitutiones de promotione, & de numero annorum, & sancitum est, ut de divinis differentes non modo recepta scholæ decreta sequerentur, sed & vocabulis uterentur ex loquendi formulis in ea schola natis. Ad quæ scriptorum quorumlibet sive veterum sive novorum sententias exigere, tantum non hæreseos arguendas si dissiderent. Id autem non sine ratione factum est, ad servandam videlicet doctrinæ concordiam, quod genus sunt in disputatione Trinitatis, essentia, persone, supposita, notionis, relationes communes, personales, personarum constitutiva, principia generationis, spirationis, distinctionis, relationes originis, circumin-
 cessio, signa natura & ordinis, & ex natura rei &*

ori-

*originis & hujusmodi alia multa, (Conf. p. 22. c. 2.) Atque tale quidem est initium regni Theologorum. (sc. Scholasticorum.) Porro qui fieri potest, ut veteres sic locuti fuerint, ut loquuntur isti, qui totam Aristotelis Philosophiam indocte versam in suam Theologiam derivarunt. Hisce conferri poterunt, quæ ex Steph. Pasquier. Limnæus de notit. Regni Franc. memorat l. 5. c. 7. l. g. Ipsam operum ejus structuram quod attinet, optandum esset, (quemadmodum Erasmus censet annot. in c. 1. Matth. p. 6.) Ut ipsius labor, tam feliciter cessisset, quam ab illo susceptus est pio studio. siquidem apparet illum hoc egisse, ut semel collectis, quæ ad rem pertinebant, questiones omnes excluderet. Sed ea res in diversum exiit: videmus enim ex eo opere nunquam finiendarum questionum non examina, sed maria prorupisse. Ipse vero Lombardus in se sapientiam Theologicam sitam ratus, etsi libros suos hac tessera obsignarat: *Qui his contradicit, hæreticus censetur.* Invenit tamen hostes suo ævo plurimos, inter quos Guilielmus Archiepiscopus Senonensis, & Johannes de Cornubia Theologus Anglus scriptis contra ipsum editis eo tandem rem deduxerunt, ut A. 1179. Alexandri III. decretali epistola, quæ etiamnum extat, perversa*

Lom-

Lombardi doctrina, *Quod Christus, secundum quod est homo, non est aliquid*, condemnaretur. Movit præterea litem ipsi Ioa-
 chimus Abbas, sed infelici successu; ipse
 namque, quod Apocalypticas prædictio-
 nes Episcopis Romanis accommodaret,
 iudicium subiit & hæreseos condemnatus
 est. Reliquam ejus doctrinam quod atti-
 net, corruptelis jam regnantibus, quas
 sententiis contortis in crustare nitebatur,
 & hanc adjecit, ut Gratiam justificantem
 virtutem determinaret. Sic namque,
 dum quæsierat libro 2. dist. 27. *Anne
 gratia esset virtus?* Concludit postea: *Gratia
 illa, (qua liberat voluntatem) virtus non incon-
 grue nominatur, quia voluntatem hominis infir-
 mam sanat & adjuvat.* Atque hæc morali-
 sticæ Theologiæ prima semina. Quæ
 Abailardus impiis suis dogmatibus adeo
 excoluit, ut fides ipsa, & Christi meritum
 plane tollerentur. Si enim Bernardo at-
 tendimus ep. 190. ad Innocentium, docuit
 ille: *rotam quod Dominus gloriæ semetipsum ex-
 inanivit, quod minoratus est ab Angelis, ad id so-
 lum redigendum erat, ut traderet hominibus for-
 mam vite.* Et nostræ gloriæ redemptionis &
 summam salutis, non in virtute crucis, non in pre-
 tio sanguinis, sed in nostræ consueti conversationis
 pro-

profectibus. Unde in capitibus errorum ipsi à Bernhardo objectorum & hoc continetur; Quod *Liberum arbitrium per se sufficit ad aliquod bonum.* Quod tamen Abailardus in Apologia sua (epist. 20. pag. 331. oper. Abail.) ita emollit, ut cum gratia conjungat arbitrium. *Gratiam, inquit, ita omnibus necessariam profiteor, ut nec natura facultas, nec arbitrii libertas sine illa sufficere possit ad salutem.* Post hujus tempora Thomas Lombardum secutus 1. 2. q. 110. a. 2. Gratiam animæ qualitatem asserit, at mox eandem virtutem esse negat iterum, articulo proxime sequente. *Qualitatem autem (qua gratiam descripsit) secundum quod est qualitas, dicitur agere in animam, non per modum cause efficientis, sed formalis, sicut albedo facit album, & justitia justum.* 1. 2. q. 110. art. 2. Ex qua sua hypothese meritum de condigno Thomas extruxit; ita tamen ut alterius de congruo fundamenta locaret. v. 2. q. 114. Scotus tandem moralisticæ Theologiæ fastigium imposuit, & rotunde pronuntiavit 1. 2. dist. 27. *Gratia formaliter est virtus, quæ est charitas.* Atque sic merito de condigno novum de congruo adjunxit, id quod destruxerat olim Thomas, Tridentini vero Patres denuo confir-

ma-

marunt. Sic primum inter Scholasticos Pelagiana hæresis serpere, tandemque latissime dominari cœpit. Et hinc est, quod Stoicorum nomen ab Aventino, Erasmo aliisque Scholasticis impositum fuit. Stoici namque, ut patet ex Cicer. lib. 1. de officiis, & imprimis Lips. Physiol. Stoica & Antonini vita, quam accuratissimis notis Gatakerus illustravit, persuasum sibi habebant, ita posse se frenare cupidines, & affectus rationis imperio coercere, ut Deorum vitam his in terris agerent. Quæ Stoicorum deliria suis de libero arbitrio sententiis Pelagius confirmavit. Unde & Hieronym. præf. l. 4. in Hierem. *Commentarios in Hieremiam per intervalla dictabam, ut quod decrat otio, superesset industria, cum subito hæresis Pythagora & Zenonis ἀπαθείας καὶ ἀναπαρησίας, id est impassibilitatis & impetantiae, qua olim in Origine, & dudum in discipulo ejus Grunnio (i. e. Ruffino) Evagrioque Pontico & Joviniano jugulata est, revixit.* v. Voss. Hist. Pelag. l. 1. c. 3. Sic & Scholastici cum Pelagianorum castra ingressi essent (de quo c. 8. dicemus) Stoicorum à fide alienis sententiis suffragabantur. Ut vero ad Lombardum revertamur. Rectissime Lutherus, cum diligentiam ejus non mi-

nimis
uberi
7. f.
est dili
ipsum
nullo
rentia
tantu
mnes
stifica
tiam
do &
fuit,
script
puscu
ria m
scrib
popu
Quo
confi
petra
multi
spon
tum
secu
in E
ver
ere,
voca

nimis laudibus extulisset, Fidei doctrinam
uberiorem desiderat libr. de Concil. tom.

7. f. 232. Lombardus in conciliatione Patrum
est diligentissimus, & se longe superior. Nemo
ipsum in hoc genere superabit; nullis in conciliis,
nullo in Patre tantum reperies, quam in libro sen-
tentiarum. Nam patres & concilia quosdam
tantum articulos tractant, Lombardus autem om-
nes. Sed in precipuis illis articulis de fide & ju-
stificatione nimis est jejunus, quanquam Dei gra-
tiam magnopere predicat. Σύγχερος Lombar-
do & Gratiano Petrus Comestor sive manducator
fuit, autor historiae scholasticae, sic dictus, quod
scripturarum autoritates in suis sermonibus & o-
pusculis crebro allegando, quasi in ventrem memo-
ria manducavit. Trith. p. 275. De his tribus
scribit Antonin. t. 18. c. 6. l. 2. predicatur in
populis, quod fuerunt germani ex adulterio nati.
Quorum mater cum in extremis peccatum suum
confiteretur, & confessor redargueret crimen per-
petratum adulterii, quod valde grave esset, & ideo
multum deberet dolere & penitentiam agere, re-
spondit illa: Pater, scio, quod adulterium pecca-
tum magnum est, sed considerans quantum bonum
secutum est, quum isti filii mei sint lumina magna
in Ecclesia, ego non valeo poenitere. Confutat
vero hanc historiam, quia vicini tempore fu-
ere, nec de more est duos Germanos eodem nomine
vocari. Egregiam vero rationem! Famam

vero illam quam Antoninus publicam fuisse asserit, confirmat Scedelius ætat. 6. Aliquatenus impugnat Nauclerus Gener. 36. *Gratianus*, inquit *patria Etruscus*, *Petrus Longobardus*, *Novaria Cisalpinus*. *Petrus Comestor prædictis non carne, sed virtute frater*. Enata itaque Lombardi auspiciis nova doctrinæ methodo, quæstionum ambagibus factis involuta, ambabus eam amplectebantur manibus, qui ab ingenio tunc temporis valebant, cum haberent, in quo animi vires exercere possent. Cumque Philosophiæ instrumenta ex Hispania & Arabum collegiis Ottho Frisingensis recens attulisset, novis istis humanæ sapientiæ floribus fidei mysteria pingere omnes certatim studebant. Notandum hic est S. Vincentii Ferrerii effatum, quod Campanella refert de gentilismi. non retinendo p. 19. *Phialam iræ Dei tunc projectam super aquas sapientia Christiana, unde facta sint amara sicut absinthium, cum Aristoteles & Averroës in adyta Theologiæ introducti essent*. Condiderat tunc temporis novum in Gallis Lyceum Rucelinus, qui cum terminorum ac vocum doctrinam maxime excoluisset, semina hæreseos inter Nominales & Reales primus spar-

parfit. Testatur de studiis ejus epigramma, quod Aventinus recenset 6. Annal. p. 625.

*Quas Rucelinæ doctes, non vult Dialectica voces
Jamque dolens de se non vult in vocibus esse,
Res amat, in rebus cunctis vult esse diebus;
Et. Et.*

Idem Rucelinus perperam de sacrosancta Trinitate judicio nonnullorum sensit Tritheismum, si licuisset, invehiturus. Hæc enim in Anselmi Cantuariensis epistola quadam ad Fulconem de eo habentur: *Audio, quod tamen absque dubietate credere non possum, quia Roscelinus Clericus dicit, in Deo tres personas esse, tres res ab invicem separatas, sicut sunt tres Angeli, ita tamen, ut una sit voluntas & potestas, aut Patrem & Spiritum Sanctum esse incarnatum, & tres Deos vere posse dici, si usus admitteret.* Contra hanc hæresin Abailardus Roscelini discipulus disputavit, ut ipse fatetur introd. ad Theol. sed ita, ut essentialium confutans pluralitatem personarum trinitatem negasse videretur. In capitulis errorum ejus & hæc leguntur. *Quod Pater sit plena potentia, Filius quadam potentia, Spiritus S. nulla potentia, Quod Spiritus S. non sit de substantia Patris aut Filii, Quod nec Deus & homo, neque hæc persona qua Christus est, sit*

X a

tertia

tertia persona in Trinitate. Quæ & alia ejus dogmata, si tamen ejus sunt, Antitrinitariorum & Socinianorum hæresi præluserunt. De gratia præterea erronee sensit & liberum arbitrium per se sufficere ad aliquod bonum docuit. Unde in eum Bernardus Clarævallensis Abbas insurrexit, atque in synodo Sueffionensi, & conventu Romæ instituto Abailardum eo adiecit, ut Impietatis profanæ professione tandem abstineret. Vid. Plat. Luc. II. Si tamen errorem deposuisse credendus est, qui post initam etiam cum Bernardo concordiam scriptis suis Guilielmum S. Theodorici abbatem commovit, ut sty- lum contra ipsum stringeret, ut ex epist. Guilielm. ad Fratres de monte Dei videre est, cujus exemplo & Gaufridus Antifiodorensis Abailardi discipulus post facta Præceptorem scriptis laceravit. Non tamen defuere Abailardo, dum viveret, patroni, ut enim aulæ Pontificis sectatores omittam, Berengarius Scholasticus exquisitissima apologiâ eum contra Bernhardum defendit, quæ inter Abailardi opera habetur, in qua epistolam Abailardi (p. 308.) ad Heloyfan exhibet, &

& oſtendit ſanam ejus de Trinitate doctrinam, Bernhardo vero Philoſophiæ ignorantiam objicit. Sed etiam a criminibus ſua ſe confeſſione Abailardus purgavit. (Opp. p. 330.) Ejus quoque cauſam egit noviffimis temporibus Franc. Amboëſius præmiſſa editioni operum ejus Apologetica præfatione. Quidquid autem hujus controverſiæ ſit, ſi ex confeſſione ſua Abailardus judicari debeat, facile ab antitrinitario errore abſolvetur. Ceterum ex ipſius ſcriptis liquet, quod viribus liberi arbitrii nimium tribuerit: Et poterat etiam facilime in imperſcrutabili Trinitatis myſterio aliquando labi, cum ad notiones philoſophicas ſuas & naturalium exempla, myſteria *ἀπεργεῖα* ſanctæ fidei devotione veneranda exigeret, & præterea Platoniorum placita de Uno & mente & anima mundi crude amplecteretur. Excreverant jam Philoſophorum diſputationibus ſententiæ, ideoque ſummam Theologiæ primus ſcribere inſtituit Rupertus Epiſcopus Lincolniensis & ſecuti ipſum Guilielm. Antiochoreniſis, Alexander ab Ales, quem *irrefragabilem & fontem viæ dicunt.* Vid. An-

326 Cap. VI. De Autoribus Doctrinae

ton. p. 1. Sum. H. tit. 24. c. 8. §. Summam
 ejus hoc titulo Colonienſes edidere: *Quid
 quid in S. Bibliis in S. Patrum ſcriptis, Philoſo-
 ſophorumque monumentis, aut abſiti aut recon-
 diti erat, hac una ſumma ſicut erudite, ita pie
 per quaſtiones & reſponſiones longe exaratum at-
 que explicatum eſt, ut facile deprehendere ſit,
 poſteriores omnes Theologos ex hoc uno, uti fon-
 te, cuncta ſparſim exhaustiſſe.* Ante hunc Jo-
 hannes de Rupella claruit Ordinis Mino-
 ritarum qui primus ſuper libros ſententiarum
 Petri Longobardi argumentose & utrumnoſe ſcri-
 pſit, Lang. Monach. Chron. Citiz. ad a.
 1284. Aleſii condiscipulus Albertus fuit,
 qui ut de eo Langius loquitur ad a. 1258.
*ob amplitudinem omnifaria doctrina Magnus di-
 ctus, fuit in omni philoſophia peripatetica peri-
 tiſſimus.* Hinc & à plerisque ſumma Ariſtotelis
 appellatus eſt, qui & nimium vino ſecularis ſci-
 entiae debriatus ſapientiam humanam ne dicam
 philoſophiam prophanam, divinis literis copula-
 re auſus eſt, quiſque Dialecticam contentioſam,
 ſpinofam & garrulam ſacratiffimam & puriſſimam
 non pertimuit commiſcere Theologia, novum &
 philoſophicum modum ſacras docendi & expla-
 nandi literas ſuae tradens ſequacibus: Theologi-
 ſtarum ſecta, qua ab eo Albertiſtarum dicitur
 Dux & Monarcha excellens. Refert de eo ex
 Ferdinando Caſtillo Cent. 1. hiſtor. Do-
 minic.

Sch
 minic
 c. 10.
 nis a
 loſop
 bus i
 nion
 ſinen
 labo
 mus
 nun
 ejus
 exad
 oper
 eun
 pri
 tum
 ſi ju
 dur
 liu
 ſtit
 tar
 rur
 qu
 du
 cor
 tio

minic. & Possevin. de cultura Ingeniorum c. 10. Horn. hist. phil. l. 6. c. 3. 19. *quinquen-
nio ante mortem oblitum omnia que in phi-
losophia didicerat, idque a B. Virgine preci-
bus impetrasse, ne se in Philosophorum opi-
nionibus, sed ipsa Christi fide ac charitate
sineret mori.* De suspitione Magiæ, qua
laborat Albertus, multa hic dicere posse-
mus, nunc unicum indicabimus Aveni-
num qui annal. l. 7. p. 700. dum summas
ejus laudes edisserit *Magica*, inquit, *adeo
exacta, atque exquisita, ac si uni duntaxat
operam navasset.* Complures tamen
eundem calculis suis absolvunt.

(3) In Alberto Scholasticæ doctrinæ
prima ætas adolevit, ideoque ab eo ad Sco-
tum usque vegetam ejus ac valentem qua-
si juventam ulterius persequemur. Non-
dum enim Lombardi temporibus evange-
lium plane aboleverant omnimodæ super-
stitiones, etsi Monachi per sæpe illud atten-
tarant, nec Aristoteles Christi & Apostolo-
rum autoritatem de statu deturbarat,
quamvis jam in arenam theologiam pro-
ductus esset. Hac vero media Scholasti-
corum ætate, de vera Religione supersti-
tio, deque dogmatibus fidei profanæ cor-

ruptelæ magis magisque triumpharunt. Describit ætatis hujus studia Matthæus Paris. *His temporibus, inquit, incipiebant Magistri Theologia, præcipue tamen præcipui Predicatorum & Minorum lectores disputare & differere subtilius & celsius, quam decuit aut expedivit. Qui non verentes tangere montes a gloria Dei opprimendi, nitentur secreta Dei investigabilia temere perscrutari, & judicia Dei que sunt abysus multa, nimis presumptuose indagare. Unde defecerunt scrutantes scrutinio & erraverunt in invio Deo inveniando, cui plus placet firma fidei simplicitas sobria, quam nimis transcendens in Theologia subtilitas.* Subjungit ibidem errores Monachorum ab orthodoxis confutatos, in quibus & hic occurrit. *Quod qui habet meliora naturalia, plus habebit de necessitate & gloria.* Qui monachis tunc temporis se opposuit, fortissimus athleta Guilielmus de S. Amore fuit, cujus etiamnum tractatus extant, in quibus inter alia Antichristianismi serpentem suo ævo pestem describens. *AntiChristum ait, ut falsitatem suam propagaret, homines duplices sibi delecturum, subdolos, & secularis scientiæ peritos, cum*
 Chri-

Chriſtus ſimplices & idiotas delegiſſet. Diſcipuli Guilielmi eandem litem ſuam fecere, & Johannes de Poliaco, ut & Laurentius Anglus Theſes haſce publice in Sorbona defenderunt. *A Monachis graviffimum eccleſie impendere periculum, fore illos ſeductores & Antichriſti, qui prope ad portas adſtet, miniſtros.* At vero Monachi (ut Pariſ. refert) domino Papa devoti & propter eorum multimoda obſequia ipſi curie gratioſi, in hoc certamine meliorem calculum reportarunt. Exactus itaque, etſi repugnantibus Principibus Gallia, ſchola Guilielmus fuit, inque vacuas cathedras Bonaventura & Thomas ſucceſſerunt, quibus ob eruditionis instrumenta facile erat errorum patrociniſmum ſuſcipere. Bonaventuram quod attinet, ſingulari encomio eum ſupra reliquos omnes Scholaſticos extollit Trithemius, & Alexandrum laudat ejus præceptorem, qui contemplans ejus ingenium, dotem naturæ, & vitæ puritatem dicere ſolebat, in hoc homine Adam non peccavit. Laudesque alias hac tandem coronide finit. *Si & doctus vis eſſe & devotus, illius opuſculis eſto intentus.* Notanda præterea ſunt, quæ de eo Gerſon adducit.

330 Cap. VI. De Autoribus Doctrinæ

cit: Si querat a me quis inter cæteros Doctores videatur idoneus: R. sine præjudicio, quod D. Bonaventura, quia in docendo solidus est, securus, pius, justus, devotus. Præterearecedit a curiositate quantum potest, non immiscens positiones extraneas, vel doctrinas seculares, dialecticas aut Philosophicas terminis theologicis obumbratas more multorum, sed dum studet illuminationi intellectus, totum refert ad pietatem, & religiositatem affectus, quare factum, ut ab indevotis scholasticis quorum prob dolor! major est numerus, ipse minus sit frequentatus, append. de examinat. doctr. f. i. p. 8. conf. seq. epist. ubi queritur, hunc non esse canonisatum, cum Thomæ multum pietate inferiori hic honor habitus sit. Bonaventuræ σύγχρονος & commilito fuit Thomas de Aquino, cui ut Sixtus Senensis, de eo loquitur, p. 384. ad plenam absolutamque totius tam divina, quam humane eruditionis gloriam solus defuit linguarum & eloquentie usus. Eundem in ipso desiderat Erasmus in ep. Rom. pag. 244. cum Scholasticis omnibus eum præposuisset, Thomæ universam doctrinam a Pontifice approbatam, ut asserere etiam audiant

Pon-

Pontificii neminem ab illa sine hæreseos suspicione dissentire posse, sylvæ testium Gerhardus docet Patrol. p. 606. Et tamen errores ejus ad Lombardi summam notatos videmus. Maximarum ejus laudum exempla apud Sixtum videri possunt, ubi *juxta Pythagora μετεμψύχωσιν Augustini animam migrasse in Thomam proverbio jactatum esse asserit, cum totam Augustini mentem & reconditos ejus sensus introspeexisset.* Bellarminus de eo usurpat Hieronymi de Cypriano effatum; *Opera ejus sole clariora esse.* Cæsarius lib. de miraculis. *Fontem vocat totius sententia & puteum divinarum scripturarum.* Franciscus de Neapoli præfat. quæstionum. doctrinam ejus puteis Abrahami & Isaaci confert, reliquos vero Scholasticos a Thoma dissidentes contentiosis Philistæis: Et in hoc modestiæ fines transfilit dum vaticinia Psalmi XIV. de Evangelica doctrina placitis Thomæ accommodat. Miracula ejus, & quomodo voce cœlitus delata Bovis muti cognomentum, quo ipsum cominitones salutabant, confirmatum sit Anton. 3. H. Tit. 23. c. 7. §. 4. recenset & plures de eo fabulas Bzovius. Summam ejus a Græcis versam & summo in pretio habitam

332 Cap. VI. De Autoribus Doctrinæ

tam fuisse Chytr. de statu eccles. in Græc. retulit. Discipulos complures Thomas habuit, hunc suum Præceptorem velut Pythagoram veneratos, usque dum seculi XIV. initiis Joannes Duns e Scotia oriundus ab eo disfidere cœpit. In hoc media Scholasticorum ætas plene maturuit, cum studio contradicendi majoribus plusquam Chrysippeis subtilitatibus notionum & regularum philosophicarum SS. Fidem enucleare præsumpsisset, *adeo profundus*, sicut de ipso Trithemius loquitur, *ut ejus scripta paucis sint penetrabilia, adeoque minus usitata.* Hac autem media Scholasticorum ætate Theologiæ simplex & perspicua methodus plane immutata fuit, & cum primæ clas­sis autores ad Albertum usque sacras adhuc literas cum Augustino judicare permisissent, hæc media in tribunali Aristotelem collocavit, & intricatis terminis ut & terque quaterque inutilissimis quæstionibus fidei simplicitatem tantum non evertit. Unde & hic etiam invenias superstitionum & corruptelarum, quantum quidem satis erat ad summum AntiChristianismi splendorem. Exemplo sunt Rosaria & Quodlibeta item &

& Marialia, & si cetera desint unicum sufficit Psalterium Mariæ a Bonaventura conscriptum. Memorat illud Chemnit. exam. conc. Trident. p. 3. pag. 263.

(4.) Tertiam Scholasticorum ætatem Durandus inchoat, cujus habetur epitaphium:

*Durus Durandus jacet hoc sub marmore
duro,*

*An sit salvandus, ego nescio, nec quoque
curo.*

Hæc ad Lutherum usque ætas a seculo XIV. duravit: Habetque post Scotum, Holcot, Tricot, Bricot, Boquinquam & plures alios, quorum nomina & opera hic adducerem, nisi in catalogo Trithemii, Langii Chronic. Gerhardi Patrologia, Bellarmin. de Scriptor. Eccles. Eisengrein catalogo testium veritatis parum alias accurato, Sixti Senensis Bibliotheca atque alibi memorarentur. Et quis sigillatim omnes enumerare, deque operibus eorum commentari posset, cum numerus eorum ad XII. M. creverit, uti ex Fr. Patritio Drejerus refert Metaph. disp. I. p. 16. Legi interim nec sine fructu nomina eorum potuerunt, qui philosophiam commentariis expolire studuerunt,

334 Cap. VI. De Autoribus Doctrinæ

runt, in Indice Commentat. Aristot. qui adjunctus est editioni Paris. novissimæ. Hac tertia scholasticorum ætate nobilissimum Sorbonæ collegium erectum de quo v. Limn. Notit. Regn. Franc. l. 5. c. 7. & constitutæ etiam per Germaniam Academia. de quibus Felix Faber, Monachus Ulmens. histor. Sæv. l. 1. c. 8. *Ante ducentos annos (scripsit autor 1489.) in tota Germania nulla universitas fuit, quarum tamen sunt plurime nostro ævo instituta, in quibus nutriuntur Theologi, Juriste, Legiste, Artiste, Rhetores & Oratores, nec est villa que careat Magistro vel Baccalario, & tamen juvenis mee tempore pro monstro habebatur Magister, vel baccalarius, & inter mille Clericos non reperiebatur unus, qui saltem vidisset Universitatis alicujus locum.* Hac quoque tertia ætate scholasticis addita cognomenta atque epitheta, ut Præceptorum non sine pietate meminissent discipuli. Sic namque Alcuinum Magistrum vocant deliciosum, Alesium irrefragabilem, Richardum de media villa auctorum, Scotum subtilem, Francisc. Mayronis illuminatum, Bassolium ordinatissimum, Bonaventuram Seraphicum, Thomam

nam Cherubicum. De quibus Gerson. epistol. ad Johann. Cancellarium. *Sine alii Doctores, qui dicantur Cherubici, hic verissimo nomine Seraphicus, dum alii multi solum divaricant & dispergunt intellectum per prioritates & posterioritates, & signa & contingentia, cum tamen unum sit necessarium. Dum præterea suos autores reddunt inflatos sine charitatis igne. In hanc vero ætatem omnis corruptelarum & barbariei sentina effusa fuit. Notus ævi hujus & linguarum genius ex insulis epitaphiis. Quale illud*

*Qui transis apud (præteris) memento
flectere caput,
Dicens humiliter tria pater breviter
noſter.*

Hoc vero scitu jucundum : Quod cum Thomas Morus Abyngdonio Musico epitaphium scripsisset

*Attrabat hic oculos, aures attraxerat
olim,
Nobilis Henricus Cantor Abyngdonius.*

*Unus erat nuper mira qui voce sonaret,
Organa qui scite tangeret unus
erat &c.*

Car.

336 Cap. VI. De Autoribus Doctrinæ

Carmen illud ut parum elegans rejectum fuit, dein cum hoc ejus loco substituisset, omne punctum tulit.

*Hic jacet Henricus semper pietatis ami-
cus,*

*Nomen Abyngdon erat, si quis sua nomi-
na querat,*

*Wellis hic ecclesia fuerat succentor in al-
ma.*

*Regis & in bella cantor fuit ipse capella,
Millibus in mille cantor fuit optimus ille.*

*Præter & hæc ista fuit optimus orgaque
nista,*

*Nunc igitur Christe, quoniam tibi servit
iste,*

Semper in orbe soli da sibi regna poli.

Religio vero quantis obsepta tenebris! dum operum merita & quidem supererogationis postulabantur, somnia prædicabantur, & a Doctoribus ineptissimæ quærebantur ineptiæ. Evolvat aliquis Rosaria, Marialia, Repertoria, Quodlibeta, Specula, & habebit, quod cum Cassio accuset, cum Roscio vero exhibilet. Scite de illis Erasmus Antib. l. i. *Cum nil nisi meram barbariem evomuerint, audite queso, quam splendidis titulis suas nugas adornent,*

*ment, ut facile intelligas, quam delicate simi
 isti suos catulos adornent. Alius quid
 somniavit Gemmulam, alius Margaritam
 appellat; hic Floretum, ille Rosetum in-
 scripsit, at in medio, ut nil nisi carduos &
 lolium invenias. Est qui speculum operi
 suo nomen dedit, est qui omnium errorum
 sylvam Catholicam ausus est appellare. In-
 optius etiam quidam Mammetretum (a
 mamma tractum) velut haustum lactis gal-
 linacei pollicens; sunt qui summas & sum-
 marum summas appellent, quasi lectori non
 sit alius scriptor requirendus, ubi tales sit
 nactus lacunas. Quibus si addat aliquis de
 Potestate Papæ & Clavium, de utilitate vi-
 tæ monasticæ, de mendicitate, de alis sex
 Cherubim, de septem gradibus contem-
 plationis tractatus, itemque & legendas
 sanctorum, quas aureas vocant, cum ta-
 men immane quantum lutulentæ sint, illa
 etiam deprehendet, quæ veterum hæreti-
 eorum pestilentissimi vix ausi sunt persua-
 dere. Hic enim quæri videbit, num Papa
 sit simplex homo, an quasi Deus, an parti-
 cipet utramque naturam cum Christo? au-
 diet etiam tot revelationum figmenta &
 fabulas, qualia Poetas puduit comminisci,
 quamvis licentiam eorum haberent. Hic*

Y

enim

enim non Ixionis rotam, vulturesque aut sitibundum Tantalum, sed animas in veru inque prunis tostas, & in glacie maceratas, adque suffumigium & stillicidium pendentes mirabitur, earumque ejulatus ex Ætna aut Hecla accipiet. Et ipsos audiet rixantes monachos de patronis umbrarum quis eorum expeditior in eruendis illis, an Franciscus, qui quotannis, an Dominicus, qui singulis mensibus, an Maria, quæ singulis sabbathis in purgatorium descendant? de justitia vero nostra & salute æterna non nisi Pharisaicos & trapeziticos indulgentiariorum & Monachorum clamores percipiet. Deberi scilicet operibus nostris cœlum, posse nos ex puris naturalibus Deum perfecte diligere, emi eleemosynis vitam æternam, & ut est in formula dedicationis cœnobiorum, quam Stumphius in Chronico tradit. *Regnum Dei valere tantum, quantum homines habent.* Quæ tandem Luthero ansam dederunt, ut corruptelis istis ingravescentibus divinæ veritatis oracula opponeret, & semel cœptum reformationis opus Deo adjuvante strenue persequeretur. Quanto piorum omnium applausu ad hanc cœlitus sibi destinatam provinciam accesserit, nunc unius

unius tantum monachi P. Langii confeſſione docebo. Ita ille Chron. Citizenſ. p. 805. cum Scholaſticorum errores teti- giſſet. *Martinus Lutberus*, ait, *Theolo- gus conſummatus, profundus & incompa- rabilis ſacram Theologiam ad fontanam dignitatem primam puritatem, nec non Evangelicam ſinceram ſimplamque ſuam il- lam innocentiam & integritatem omni prorsus philoſophia ſeculari exploſa reduce- re conatur.* Idem p. 837. *Simonem de Caſ- ſia Scholaſticorum cenſorem magnus ille Theologus M. Lutberus Wittebergenſis aca- demia ornamentum & corona in divina- rum expoſitione ſcripturarum imitatur.* *Qui & ipſe omni prorsus poſthabita & con- tempta philoſophia puriſſime ſacras tractat docetque literas; aſſidue admiranda & pene inaudita divinorum eloquiorum arca- na producens in lucem; ob magnitudinem ingenii & dexteritatem toto reſonatus in orbe; quanquam nec ipſe inſtar D. Hiero- nymi amulorum careat invidentia, ſchola- ſticorum videlicet Theologiſtarum, qui in ſa- eris philoſophantur literis, perſecutione.* Idem p. 898. Diſputationum Lutherana- rum contra indulgentias occaſionem re- cenſens, & conſtitutam ipſi a Thomiſtis

adversariam. *Veruntamen, inquit, Martinus ille Theologorum nostra tempestatis omnium facile princeps doctrinam suam Evangelicis testimoniis, & divi Apostoli Pauli, nec non priscorum orthodoxorum Patrum originalibus dictis roborans & comprobans eatenus perstitit invictus. Hæc autem, addit, quæ de Lutero disserui, non sicuti discipulus illius assertive, sed potius admirative posui. Nec vero tantum laudibus maectatus, sed & piorum omnium desideriiis provocatus in Reformationem Lutherus incubuit. Weseli votum & vaticinium adjunctum operibus ejus habentur, quo vir ille prædixit junioribus suis discipulis, fore, ut ad illum vivant diem, quo doctrina recentiorum ac contentiosorum Theologorum Thomæ & Bonaventuræ & aliorum ejusdem farina ab omnibus vere Christianis Theologis explodatur. Vid. Flacius Catalog. Test. Verit. p. 887. edit. Lugd. Summam vero Reformationis inchoandæ necessitatem fat manifesto declarant Adriani Pontificis confessio, Cardinalium consilia Paulo III. exhibita, scripta item antiquioribus seculis de reformanda & emendanda ecclesia, qualia Dominici Brixienfis Episcopi, Reformatio Curia Romanæ, Petri ab Alia*

Scholast. & incrementis corruptel. 341
 co Cardin. de reformatione ecclesiæ, Nicolai de Clemangis & Gersonis opera. Nec opus ut in vindiciis reformationis Lutheranae multum laboremus, quandoquidem confessum est totum Romanum imperium Epilogo confutationis suæ s. Responso ad Articulos abusuum, *vere ista objici, dolere sibi, seque optare, desiderare & moliri emendationem in capite & membris.* Le occasione reformationis, & initiis Lutheranarum disputationum contra Scholasticos & liberi arbitrii vires legatur Apolog. August. Confess. art. de peccat. orig. p. 58. conferri quoque possunt, quæ hac de re in Hist. Concil. Trid. P. Suavis quæque apud Guicciard. l. 13. & Jovium l. 4. de vita Leonis X. occurrunt.

CAP. VII.

DE CENSURIS DOCTRINÆ SCHOLASTICORVM.

- | | |
|---|--|
| <p>(1.) Sacræ Scripturæ dicta contra Sophisticas Scholasticorum nugas. Obiter de genealogiis a Paulo damnatis. Adducuntur censores & iudices corruptelarum Scholasticarum ex omnibus seculis.</p> | <p>(2.) Judicia temeraria de Scholasticorum operibus & studiis.</p> <p>(3.) Judicia recte sentientium de vero usu scriptorum Scholasticorum.</p> <p>(4.) Censuræ Theologiæ Scholasticæ à Pontificiis profectæ.</p> |
|---|--|

(I.)

EX iis quæ de diversis Scholasticorum classibus superiori capite differuimus, fatis jam constare arbitror quid de eorum doctrina sentiendum sit. Scilicet

*Ætas parentum pejor avis tulit
Mox nequiores, qui dederunt
Progeniem vitiosorem.*

Sed nunc magis sigillatim sacrae Scripturae & antiquitatis virorumque clarissimorum sententias enarrabimus contra Pseudophilosophos istos salvificæ doctrinæ corruptores. Unde caveremus ab eorum doctrina jam olim monuerat Apostolus cum Colossensibus scribit. c. 2. v. 8. *Videte, ne quis vos depradetur per philosophiam & inanem deceptionem, & Timotheo. 1. 6. v. 4. Qui non accedit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, sed insanit circa questiones & pugnas de verbis, ex quibus nascitur invidia, lis, & qui privati sunt veritate & quasi habent pietatem, abscede ab eis. It. c. 4. v. 7. Profanas & aniles fabulas averfare. & c. 6. v. 20. Averfare profanos de rebus inanibus clamores, ep. 2. c. 2, v. 23. Stultas & ineruditas questiones averfare, sciens eas gignere pugnas, & ep. 1. v. 4. Non attendant animum fabulis & genealogiis nunquam finiendis, qua potius questiones præbent, quam adificationem Dei quæ est per fidem. Sic & Tito Judaicis istis genealogiis interdicit c. 1. v.*

14. &c. c. 3. v. 9. *Cura que bona sunt & hominibus utilia, stultas autem questiones, genealogias & contentiones ac pugnas legales cobibe, sunt enim inutiles & vanæ.* Ubi per genealogias intelliguntur libri Judæorum de successionibus familiarum, quales inter ipsos lectos fuisse ex Benj. Tudel. constat. Itin. p. 83. כתוב היחם יש להם רמסגרות שאלות לרוש
extracta questionum penes achmalotar-
cham, Loquitur ibi de Judæis Themæ incolis. Quoties vero hos ipsos Salomon reprehendit, qui ea, quæ altiora sunt, s. quæ captum humanum longe excedunt, accurata mentis indagine perscrutari se posse existimant; Quoties Prophetæ in hos veræ doctrinæ æruscatores invehuntur, qui *confidunt super inanitate, loquendo mendacium, concipiendo laborem & pariendo iniquitatem; qui ova basilisci (doctrinas Antichristi) excludunt, & telas aranea (quales Verulamius Scholasticorum libros vocat s. p. 26.) texunt* Esai. 59. v. 4. Ipse Deus veram fidem traditionibus & sapientiam divinam humanis inventis commaculantes sic redarguit Esa. l. v. 22. *Argentum tuum scoriis & potus tuus mixtus aquis.* Ad hanc judicii divini normam si Scholasticorum opera exegerimus, quam multa ex eorum scriptis

ptis rescindenda erunt, quippe quæ ex futi-
 lium argumentorum & quæstionum tricis
 plicisque tota sunt contexta. Reliquum
 nunc est, ut domesticos primæ notæ testes
 contra Scholasticos producamus, eos sci-
 licet, qui temporibus ipsorum vixere ne-
 que hanc eorum quævis pervertendi li-
 bidinem taciti spectare potuerunt. In-
 ter eos superius p. 27. 28. ex seculo X. &
 Gratianum & Pontificem memoravimus
 & ex eisdem Anselmum Cantuariensem
 p. 28. & Petrum Cantorem p. 78. Ru-
 pertum Gallum Flacius laudat de con-
 trov. Relig. Papist. p. 81. Qui scripserit,
*doctrinam in Ecclesia se habere, veluti si aliquis
 in tergo candidissimos saluberrimosque panes ge-
 staret, & tamen interim famelicus silicem mani-
 bus tenendo arroderet. Sic namque Theologos
 sacram scripturam, velut post tergum abjectam ne-
 glexisse, & nunc se meris sophismatibus macerare
 quarendo inde spirituale alimentum, ubi plane
 nullum esset.* Ex sec. XIV. Simonem de Cassia
 laudavimus supra p. 28. & Gochium p. 28
 Seculo eodem Wiclefus Scholasticus An-
 glicanus apud Thom. Waldensem in fascic.
 zizanior. quem Ufferius laudat p. 78. de
 success. Christ. eccl. palam professus fuit, *Sa-
 thanam solum & potestatem habere in Magi-
 stro sententiarum.* Tunc & Dantes p. 83.

& Petrarcha de remediis utr. fortun. l. I. dial. 46. *De Deo & natura temere fabulari, omnipotentissimam majestatem ventosis Sophismatibus circumscribere, de natura arcanis ita disputare Scholasticos, quasi è cælo venirent, conquestus est.* Item & Villanovanus p. 77. Seculi XV. initiis Nicol. Cleman- ges epistola de Theolog. Studio Schola- sticis sui ævi, accommodat illud Apostoli: *Languent circa quæstiones & pugnas.* Eorum vero Doctrinam Theologicam confert *fructibus lacus Asphaltitis, qui fortis speciem pulchram habeant, sed intus fumum ac cine- rem.* Tunc & Gerson & ipse D. Parisi- ensis Collegas suos sat acerbe perstrinxit, ut videre est p. 78. & 79. & paul. sup. cum de Bonaventura & cognomentis Scholasticorum diximus, & Cusanus p. 94. & Æneas Sylvius ibidem & Kaisers- bergius p. 29. & Tunc Trithemius p. 27. Postellus. 40. censoria virgula Sophistas castigarunt. Post eos Aventinus, Faber Stapulensis, Clichtovæus p. 27. 22. 103. 104. Rhenanus, cap. 6. §. 2. Erasmus integris libris. Episcopus Chemensis autor oneris ecclesiæ qui Antichristi præ- cursores Scholasticos vocavit p. 80. 79. 67. & 28. Langius Monachus Citizen-

sis p. 30. & sine super cap. acerrimi Scholasticorum censores extitere. Præcipue vero Cornel. Agrippa, cujus quædam adduximus p. 21. 29. 104. 106. dum lib. de vanit. Scientiarum c. 97. Theologiæ Scholasticæ rationem explicat, vitia simul autorum infectatur. *Theologia*, inquit, *Scholastica à Parisiensium Sorbona mixtione quadam ex divinis eloquiis & philosophicis rationibus, tanquam ex centaurorum genere bisformis disciplina constata est: insuper & novo quodam ac ab antiquorum usu alieno tradendi genere per questiunculas & argutos syllogismos absque omni sermonis elegantia conscripta, alioquin tamen iudicio & intellectu plenissima, & que ad revincendos hereticos non modicum attulerit Ecclesiæ emolumentum. Ejus autores fuere Magister Sententiarum Thomas Aquinas, Albertus cognomento magnus & multi alii excellentes viri. Porro Joannes Scotus doctor intellectu subititi, sed in contentionem procliviori. Hinc tandem Scholastica theologia in sophismata paulatim delapsa est, dum recentiores isti theosophiste ac verbi Dei cauponatores, qui non nisi empto titulo theologi sunt, ex tam sublimi facultate quandam logomachiam fecerunt, &c. Vid. ib. plura ut & c. 98. & c. 100. Gravissime vero omnium Vicelius Via Regia p. 26. (edit. Helmstad.) Cultum neque δαλείας neque ὑπερδαλείας Christiani scimus, eo saltem sensu, quo tradiderunt.*

non Ecclesiastici, sed Scholastici; qui erant non contenti prima illa atque Originali, puraque theologia, nec sat habuerunt latino sermone uti, quemadmodum antiquissimi & eruditissimi Ecclesie Patres, nisi novum loquendi & scribendi genus excogitassent, malentes barbare, quam Latine sua disputare placita, & Ecclesie dogmata intricare magis, quam extricare, magis obscurare quam elucidare. Quo fit ut parum ab sit, quin ejusmodi *ματαιολογία* omnem calamitatem, qua hodie Ecclesiam obruit, uni debeamus, si rem apud animum tuum serio pertractes ac fateri fas sit. Eo enim rem adduxerunt, ut vulgo crederetur, Ecclesiam sanxisse, quidquid isti somniarant, magis innitendo metaphysicis commentis, quam Evangelicis aut Apostolicis literis. Id. Append. de Abusibus. p. 107. Aristotelicam sterilem falsamque Theologiam se avorsari, sugere se Sophisticam illam insulsam, Lombardicas nugas frigidissimas vitare, Sententiarium & Quæstionarium hoc est Lutetianum Theologum aut Sorbonicum esse recusare, abominari se apud istos cathedrarum tenebras, errores, fabulas, vanitates, adeoque mortes meras, & labros recentium subtilitatum, absurditatum, obscuritatum breviter inanitatum resertos fastidire proficitur. Tot piorum præjudiciis incitatus B. Lutherus hanc Scholasticæ Theologiæ hydram tot jam Seculis infamem animosus velut Hercules de bellare aggressus

sus est, eamque vanæ scientiæ fūco nudatam suis coloribus depinxit. Vocat vero eam l. adversus Latronum ignorantiam veritatis & inanem fallaciam, Sorbonam vero alibi matrem errorum. Tot autem censuræ ejus in scriptis reliquæ sunt, ut quo minus annotari possent, numerus obstet & diffusa undique multitudo. Lutherum Melanchton secutus & ipse magnus Theologiæ vindex. Habetur inter opera ipsius declamatio de diva Pauli doctrina, qua ostendit, quod Scholasticis cum Christiana doctrina non conveniat, quodque illorum exercitationibus beneficentia Christi plane obscuretur. Hinc & Flacius ad corruptelas digitum intendens Catalog. Test. Verit. l. 15. p. 533. Satan veluti quatuor sua impietatis columnas excitavit, qui suum Antichristum ejusque abominabiles egregie confirmarunt; fuerunt primum Gratianus decreti collector & P. Lombardus, qui Magister sententiarum vulgo à Sophistis vocatur, quorum uterque partim ex sacris literis, multo magis ex patribus & conciliis mala fide intellectis pejorique interpretatis ac detortis sententiis papisticam religionem probare stabilireque sunt conati. Deinde Franciscus & Dominicus &c. Vid. eundem p. 592. & p. 419. nec aliter Calvinus sensit i. Tim. 1. Theologiam Scholasticam

vocans *Diabolicam artem litigandi*, nihil aliud continentem quam otiosas & ad nihil utiles speculationes.

(2.) Atque illi quidem laudandi sunt, qui cum tot Scholasticæ philosophiæ abusus & corruptelas cernerent, stylo ac voce easdem compungere non dubitarunt. Quemadmodum vero desipuisse judicamus illum, qui cum per temulentiam homines peccare videret, vites excidit, cum potius debuisset fontes fodere, & Bacchum, ut ajunt, Nymphis tradere educandum; ita sane non probandi sunt, qui Scholasticorum opera excultam philosophiam, quod inutilia multa contineret ex literarum solo evellere (quam poterant emendare) conati sunt. Inter quos veræ sapientiæ hostes primas facile tenent, qui Rationalem philosophiæ partem aut mutilarunt, aut judicio suo non minus insulso quam temerario proscripserunt. Ut Schillingium autorem libri, quem vocat ecclesiæ metaphysicæ visitationem, & alios tenebriones mittamus, mirantur certe longo rerum usu peritissimos & polymathia laudibus alias celebres Amesium pæcul. quadam dissertati. & Altingium probl. Theol. p. 1. part. 2. Calvinii partium Theolo.

logos, quibus Ramus prævit præfat. ad Scholas Metaph. Metaphysicam, *ut omnium errorum matrem, calumniam Christianæ religionis, & Atheismi fontem accusare. Quorum supinam inscitiam miserari se Alstedius l. 4. didact. c. 9. Reg. 1. profitetur. Videri contra illos potest Schock de Scepticismo l. 4. c. 22. & contra Amesium Ebelii singulare scriptum. Impudentior hisce Valentinus Weigelius, part. I. Postill. f. 91. & fol. 96. & Dialog. de Christianismo fol. 29. & fol. 71. omnia scholastica studia & academicas exercitationes condemnavit, Cum Christi doctrina inde exulet, & non nisi sacrificulorum antiquorum doctrina recantetur. Quem lymphatum insanis persuasionibus hominem, fidei, quam tamen semper in ore habet & caritatis omnis expertem indignum confutatione censemus. Videatur contra hosce Sophiomastigas exactissima dissertatio D. Calixti in appar. Theol. p. 35. Qua probat literarum ac disciplinarum usum in Theologicis ad p. 58. & Hornejus de processu disputandi cap. 2. In Aventino etiam hoc loco notamus, longius ipsum odio corruptelarum scholasticarum abreptum fuisse, ut Vulcano consecranda Scholasticorum scripta decerneret, quasi*

quasi foetum mater abluere nequiret, nisi flumine cum demergeret. Sic namque Chronic. German. p. 217. *Magistri altarum mentium idola Scholasticorum sunt, qui tam incondite & barbare scripserunt, ut intelligi non potuerint. Nemo certe majus laude dignum facinus patrare posset, quam si in acervum congestos omnium libros combureret. Veruntamen jam deficiunt, & minori in pretio sunt. Deus jam ulciscitur, ut ego ante triginta annos & ante ista tempora alii portenderunt.* Huc etiam Fr. Bohemorum sententia referri posset, odio Sophistarum & Scholasticorum liberalium artium culturam negligentium v. Chytr. orat. de Statu Eccles. in Græcia Asia & Boemia, nisi ipsorum causam orasset Camerarius histor. Fratr. in Bohem. & Morav. p. 102. ipsosque non a studiis, sed Sophisticis nugis alienos fuisse docuisset.

(3.) Vt vero horum immites censuras declinemus, nunc de Scholasticorum laudibus, & vero usu operum, quæ posteritati reliquerunt, perorantes alterius classis iudices audiemus. Hic primo loco occurrit Apologia August. Confess. quæ (art. de Justif.) *scholasticos doctores, magnos & ingeniosos homines vocat.* Johannes Picus

ob

ob magnitudinem ingenii & eruditionis vere incomparabilis apolog. thes. XC. ita de illis sentit, postquam veterum Philosophorum familias laudibus suis distinxerat. *Est in Johanne Scoto vegetum quiddam & discussum, in Thoma solidum & equabile, in Aegidio tersum & exactum, in Francisco acre & acutum, in Alberto priscum amplum & grande, in Henrico, ut mihi visum est semper, sublime & venerandum.* Idem longiori eaque elegantissima epistola ad Hermolaum Barbarum scripta, Scholasticorum patrocinium suscepit, quæ videri potest oper. ejus f. 93. Pico addimus acutissimum Verulamium, qui de augmentis Scientiarum l. 1. pag. 17. ita de Scholasticis: *Scylla fabula ad viduum exprimit hoc genus Philosophia, cujus os & pectus virginem formosam præ se ferebant, infra vero fuisse ajunt.*

Candida succinctam latrantibus inguina monstris.

Sic generalia quedam apud Scholasticos invenias, quæ pulchra sunt dictu, & non perperam inventa, ubi autem ventum fuerit ad distinctiones decisionesque, pro fecundo utero ad vite humana commoda in porrenosas & latrantes questiones desinunt.

sinunt. Nihilominus certissimum est, si modo scholastici ad inexplebilem sitim veritatis & continuam agitationem ingenii, varietatem & multipliciter lectionis & contemplationum adjunxissent, insignia profecto illi extitissent lumina, omnesque artes & scientias mirifice provexissent. Gemina hisce sunt quæ de iisdem Calixtus appar. p. 139. Scholastica Theologia frequenter labili inædificat fundamento, & dum minima & abstrusissima quæque sonatur excutere acumine suo, quod nimis tenue retunditur & in se sepe replicatur, etiam cum agere aliquid videtur, pungit non perforat, uti de Chrysippo olim Seneca l. de benef. c. 4. Interim tamen quidquid apud Scholasticos est, nos non decet ignorare. Inprimis cum, quando accurata cognitione antiquitatis opus non est, & textus veteris versionis sufficere potest, sæpe numero egregios se præbent. Sic & Hornejus præfat. Commentar. Log. Cornel. Mart. advers. Ramistas commendat Scholasticorum primores inde maxime, quod primi, paucis tamen Græcis exceptis, philosophiam a paganismo & infidelitate Mahometana, tanquam a tyrannide sub Christi obsequi-

um & ab injustis possessoribus ut omnis creatura ita ejus etiam Domino vindicantur. Et verissime Grotius Proleg. de Jure belli & pac. Scholastici quantum ingenio valeant, saepe ostendunt; sed infelicia & artium bonarum ignara secula inciderunt, quo minus mirum, si inter multa laudanda aliqua & condonanda sunt. Nec defuere inter eruditos, qui Scholasticæ sapientiæ emendationem voverunt atque etiam procurarunt. Laudat Christophor. a Capite fontium Calovius Theol. Celeb. Præf. System. Theolog. qui libro peculiari egerit de necessaria correctione Theologiæ Scholasticæ; & Dominicus a Soto agnoscens scholasticorum operum sordes & nugas præf. l. de nat. & grat. sic de tollendis & expurgandis illis admonet. *Vti oculis ophthalmia laborans non protinus cerebro eruitur, sed collyriis propter ejus optimam usuram curatur: ita est res scholastica amputanda a sophismatum quidem nugis & a metaphysicorum vanis portentis repurganda, quibus est sordibus apud autores nonnullos indigne fœdata, detur tamen summa opera, ne penitus depercat, sed instauretur potius, nisi plurimos*

mos volumus habere nomine, rarissimos tamen re esse Theologos. Rectissime itaque hic Erasmus, etsi alias Scholasticis infensor de rat. vera Theol. pag: 87. Si cui, inquit, tanta ingenii vis contigit, ut utrumque studiorum genus complecti possit, eat quo illum sua virtus vocat. Sed ab iis quos nos pratulimus (sacris scriptoribus) incipiendum, his majorem ac visa meliorem partem impartendam censeo. In eandem cum Erasmo descendit sententiam autor oner. Eceles. c. 18. §. 12. Ea qua emendationis gratia contra scholasticos adduxi, non ita crude quis intelligat, quasi omnem Theologicam vel Sophisticam disputationem eliminaremus. Absit enim, ut culpam divorum Doctorum Augustini, Thomæ &c. Sed supervacaneis argumentationibus incumbi, & Christi fideles in salutis necessariis negligi, id demum omni reprebensione dignum noscitur. Huic suum calculum supra Agrippa adjecerat fin. §. 1. Illos vero, qui insanis laudibus ad cœlum usque evehunt scholasticos, Anticyras ire jubebimus; quales encomiastas nonnulli ex Monachorum ordinibus se profitentur, & Stancarus, quando de Trinitate differens exclamat, se unum Lombardam pluris fa-

cere, quam centum Lutheros, ducentos Melanctones, trecentos Bullingeros, quadringentos Petros Martyres, quingentos Calvinos, quibus, si in mortario contundantur, exprimi non possit unica uncia Theologia.

(4.) Superest ut illos quoque sententiam rogemus, qui in corruptelarum scholasticarum possessionem venerunt, recentiores Pontificios Doctores & Jesuitas. Inter quos Ambros. Catharinus contra Cajetanum sic pronunciat: *Plurimum peccatum est, & peccatur adhuc, cum & Theologia tandem redacta sit in factiones & sectas. Nolunt enim quidam ex nostris ullum penitus in B. Thoma scriptis errorem contineri. Consentit Pighius de justif. Nostrorum, inquit, plerique, cum nihil didicerint, quam quae in Sorbonis & Scholis audire consueverunt, non ferunt iis contradici ab aliquo, ne quid ignorasse videantur, sed ea universa tamen si parum sana, velut definitiones certas & ecclesiastica dogmata nobis proferunt. Id. Dissimulare non possumus banc vel primam doctrinam Christianam partem (de Justificatione) obscuratam magis quam illustratam a Scholasticis spinosis plerisque questionibus & definitionibus. Disertius Nicol. Berald. D. Paris. Praef. in script. Guiliel. Paris.*

Existi-

*Existimavi semper priscos illos Theologos fideique
 nostra post Apostolos proceres & antesignanos
 ejusmodi fuisse, qui & vita morumque integritate
 & vera sinceraque tum doctrina tum eloquentia
 Theologi merito & dici & haberi debeant. Eos
 qui relictis Sophisticis nugis, quibus arcane cele-
 stesque literæ jamdiu nimis depravatae sunt atque
 obruta, ad eorum se exemplum imitationemque
 compararent, Theologia ipsius finem & scopum
 perspexisse. Ceteros vero frivolis quibusdam fri-
 gidisque argutiolis deditos, neque rebus ipsis sed
 verum umbris falsisque imaginibus inbarentes lon-
 ge falli, totaque quod dicitur errare via. Non
 enim studiosorum ingenia exacuunt captiuncula il-
 le ac trieta spinosa, ut plerisque persuasum est, sed
 mentis succum omnem exhauriunt, adeoque a stu-
 dio pietatis nonnullos abducunt recentiores quo-
 rundam nuperque instituta familia, ut plerisque ex
 iis qui vulgo Theologi vocantur, ne Evangelium
 quidem totum adhuc Paulique epistolas Christiani
 scilicet dogmatis orthodoxaque fidei fundamenta
 legere discereque vacaverit. Quod si ea quæ
 Vives contra Scholasticam Theologiam
 disputavit, huc adscribere vellemus, pluri-
 mas adhuc paginas implere possemus. Le-
 gi possunt toties laudati ejus libri de cor-
 rupt. disciplin. quibus summo studio con-
 tra Scholasticos arma movet. Præcipue ve-
 ro Melchior Canus papalium primipilus
 LL. Theol. 8. c. 1. pluries Scholasticos au-*

tores infectatur. *Vocat miseram Schola doctrinam quaque philosophata sit de divinis detracta scriptura autoritate, edidisse Scholasticos in Theologiam commentaria vix digna lucubratione animalium, nihil ex antiquis olere, nec esse Scholasticos nedum Theologos, sophisticatum feces in Scholam intulisse, & ad risum viros doctos incitasse & deliciae ad contemptum. Esse illos ad discordiam natos, totam eorum de Theologia disputationem partium esse studium contentionem atque disfidium. & lib. 9. c. 1. de suo seculo conqueritur, in academiis multos omnem ferme Theologia disputationem sophisticis ineptisque rationibus transegisse, Sacra Scriptura umbras non fuisse affectos, in Sophistica arte omnes se torsisse dicitur; & tum ad Theologiam aggressos non Theologiam, sed fumum Theologiae secutos. Alia ejus vide sup. p. 61. Canum hunc Campanella sequitur, cujus verba p. 102. adduximus, & videtur ille libro de gentilismo non retinendo Scholasticos data opera impugnasse. Sic & Salmeron prolog. 9. comment. in histor. Evangel. deplorat: Scholasticos in Sophistica Theologia ita immodice haerentes, ut ad meditandas scripturas, & tardi prorsus accedant, & aridi prorsus & jejuni inveniuntur. Addit hisce calculum suum Vasquez. disp. 3. in 1. part. Thom. c. 3. Negare non possumus fuisse in schola per multos Theologos, qui quaestiones Theologicas frivolis rationibus tractaverint.*

in quibus rarissima sunt Scripturae testimonia : ea vero quibus utuntur, non in sensu literali, sed aut allegorico aut morali, qui ad disputandum ut plurimum parum prodest, usurpant &c. Miscentur etiam ab iis interdum quæstiones omnino philosophicae, aut metaphysicae pueriles sane, & quæ ad res Theologicas parum sint accommodatae : quæ omnia a Theologia doctrina aliena esse deberent. Accedat hisce Schefflerus quidem Apostata, etsi minoris existimationis, qui in Causis Fundat. p. 22. ita sententiam de Scholasticis dicit. *A Scholasticis nonnullis Aristotelica Philosophia, quam Scriptura & Patrum peritioribus multa invecata sunt ex argumentandi incustodita quandoque libertate non ex conciliorum autoritate, dogmata autem in his stabilita, minus commode explicata.* Huc quoque pertinet gravis admonitio Leonardi Marii proleg. in S. Script. q. 8. f. 3. n. 10. *Universitates & studia publica pro utilitate Christianæ reip. facerent, si paulo diligentiores haberent rationem divini verbi proponendi, explicandi examinandi, & supra Aristotelem S. Thomam imo & B. Augustinum pulpita & subsellia Christum & scripturas sonarent.* Omnium optime Cornelius Mussus Episcopus Bitontinus corruptores sapientiæ scholasticos & eorum studia vivis coloribus depingit. Quando ita ad Rom. 6. commentatur. *Divina scriptura olim proeb dolor! quanto omnium damno negligebantur! Vigeat spinosa & molesta nescio quæ The-*

olo-

ologia de Instantibus, relationibus, quidditatibus de formalitatibus, itemque hac omnia syllogismis arte contortis, & humanis duntaxat argutiis, que procul dubio, qua autoritate recipiuntur, ea & refelli possunt, pertractabantur. Tota pene atas hominum in decretis, qua inter se pugnancia semper, nullo tempore concilianda, alunt perpetuam per secula litem, conterebatur. Is sublimis Theologus habebatur, qui majora portenta pro suis traditiunculis affingere sciret; pretiique pars erat, gloriola inanis, non intelligi grandia illa verba, qua alto supercilio inter mulierculas de sacris literis philosophantes (his verbis Germaniæ Episcopi Hildebrandum reprehenderant p. 42.) trutinabant. Juraverant universi divini verbi duces in Magistrorum verba. Hinc sexcenta secta, Thomista, Scotista, Occamista, Baconista, Albertista, Egidiani, Alexandrei, O scelus! Posthabebantur Evangelia, Epistolæ, Christiana Philosophia delitescere, a paucissimis tractabatur, sed frigide non dicam insincere. Atque hæc quidem Episcopus Bitontinas.

CAP. VIII.

DEIIS QUI IN CORRUPTELARVM REGNO SCHOLASTICIS SVCCES- SERVNT.

Pontificios corruptelas Scholasticorum incrustare, & eorundem opera præ Divinis scripturis amplecti, imo & errores mordicus tueri ostendi-

tur. Pontificiorum & Scholasticorum Pelagianismus, Idololatria, & Philosophiæ abusus monstratur.

At-

ATque sic quidem Capite superiori domesticas de Scholasticorum corruptelis querimonias accepimus, utinam vero, quos verbis detestati Pontificii, opere ipso non imitarentur. Habet hoc error, iudice Seneca, ut semper incipiat vivere; nec tam bene cum mortalium rebus agitur, ut optima quæque omnibus placeant. Et deformes buccas suos videmus habere basiatores, imo & nonnullos sua quadam temeritate velis remisque citatis incurrere in scopulos, qui tamen eminus visi facile poterant evitari. Incurrebant ad primam Evangelii effulgentem rursus auroram in oculos omnium errores & corruptelæ Scholasticorum & paucis tamen ea mansit felicitas, ut tenebrarum regnum post terga aspicerent, faciemque simplici ac puræ obverterent veritati. Novi erroribus fuci quærebantur, cumque Sophisticæ & moralisticæ sorderent nugæ, recens iterum admixtis nonnullis conciliorum, uti & scripturæ sacre detortis sententiis interpolabantur, nec desinebat vetus mangonium & veteratoria pervertendi libido, cum Antichristianismus in superstitionum mentibus nimis altas radices egisset. Exempla corruptelarum in Trident. Conc. videre licet,

362 Cap. VIII. De iis qui in corruptelarum

ubi dogmata Sophisticis terminis parce quidem obumbrata nec tamen aliunde nisi ex Scholasticorum penu deprompta. Quem v. tegebant publicitus corruptelarum amorem, privatæ consultationes ostenderunt. Cum enim deliberaretur de licentia interpretandi s. Scripturæ dicta, contra quam Scholastici exposuissent: *Existimantes nonnulli salvam S. Scripturæ auctoritatem fore, quo magis illa tegeretur, laudavere Scholasticos, qui cum viderent nullam esse in ecclesia aliarum interpretationum necessitatem, satius duxissent distingere potius homines excutiendis Aristotelis effatis, & rationibus, atque interim verbo Dei cultum & reverentiam debitam conservare; qui plurimum decedat necesse est, quando illotis vulgi manibus tractatur, aut curiosis tanquam materia exercitandis ipsorum ingeniis proponatur. Atque hac sententia eo confidentia processit, ut F. Ricardus de Mans ordinis Franciscanorum non erubesceret dicere, fidei dogmata opera scholasticorum in præsens sic esse enucleata, ut in posterum ex scriptura ea addiscere nihil esset opus. Eam olim in Ecclesia legi, & in scholis addisci solitam ad populum instituendum, nunc vero in Ecclesia lectitari, ut orare doceat solum, qui unicus debet esse illius usus; non autem ut addiscatur, atque eum esse cultum ac venerationem a singulis verbo Dei debitam. Idud vero omnino prohibendum, ne quis discendi studio scripturam legat, nisi qui in Theologia Scholastica doctrina prius sit institutus, apud eos enim*

enim qui in sacris literis versantur, Lutheranos maximos facere progressus, qua sententia fautores etiam suos habuit, Histor. Concil. Trid. l. 2. p. 139. Tam studiose corruptelis scholasticorum isto in concilio cavebatur. Audiamus & Canum qui superiori pagina tam acerbe scholasticos perstrinxerat, eorum nunc corruptelas vindicantem; dum istas nobis Regulas tradit. Ex autorum omnium Scholasticorum communi sententia in re quidem gravi usque adeo probabilia sumi argumenta, ut illis refragari temerarium sit. Atque iterum: Concordi omnium Theologorum schola de fide aut moribus sententia contradicere, si hæresis non sit, hæresis proximum esse. Scilicet Scripturæ adversari ipsi non est hæresis, nec hæresi vicinum concordi omnium Patrum antiquissimorum sententiæ obnunciare; id vero hæresi proximum, Scholasticis contradicere, quos ut Sophistas ipsi criminantur. Sed nec ipsi Sophisticam depravandi methodum didicerunt, constat enim ex Becani, Bellarmini, Fonseca, Vasquesii atque aliorum scriptis, quam studiose veteres errores scholasticarum notionum palliis tegant, ut contra clara S. Scripturæ dicta eosdem tueri possint. Etsi interdum notionum harum cothurnos deponunt, ubi scilicet manifesto

isto furore pugnantes, non rationibus sed
 convitiis & dicteriis causam suam agunt,
 de quo saniorum inter eos querimonias vi-
 dere est apud Dorscheum *myster. iniquit.*
prœm. Nova vero illa & à seculo demum
 X. enata in Scriptis Scholasticorum novæ
 fidei dogmata ambabus iidem manibus
 amplectuntur, & mordicus etiam tuentur.
 Hæc siquidem Sophistarum natio ipsis ec-
 clesia est, & dictator fidei Pontifex. Cujus si
 calculus opinionibus adulatorum accesserit,
 plusquam fidei dogma esse dicunt, &
 Antichristos criminantur, quicumque fide
 Scripturarum contra illud nituntur. Sic
 Scriptura quæ Digito Dei scripta est in cor-
 dibus ecclesiæ (id est traditio veteribus
 ignota, novis vero hominibus & Scholasti-
 cis probata) *Ipsi multis partibus superare scriptu-
 ras judicant, quas nobis in membranis Apostoli re-
 liquerunt. Neque enim Christus ecclesiam suam à
 chartaceis scriptis pendere, nec membranis mysteria
 sua committere voluit (quod Moses olim magna ex
 parte fecerat carnali populo) sed cum spirituales
 constitueret Ecclesiam suo Spiritu Sancto informa-
 tam, usus est sublimiori caractere, scribens digito
 Dei in corde Ecclesiæ &c. Illa vero (id est Aposto-
 lica & Prophetica) non omnia continet religionis
 mysteria explicite, utpote non ob id data, sed occa-
 sione quadam, vel ad Iudaos & hæreticos confutan-*
dos

dos vel ad abusus quosdam tollendos, vel ad fideles consolandos a quibusdam scripta & nonnullis ecclesiis missa. Hec autem, quam Spiritus Sanctus in cordibus imprimere dignatus est, omnem veritatem in se habet, omnia fidei mysteria, omnemque rationem Christiana religionis complectitur, & omnia dubia, qua de fidei negotiis exoriri possunt, dissolvit. Ad eam igitur in omnibus quaestionibus confugiendum, in ea acquiescendum.) Coster. Enchirid. c.

1. Quam sententiam Salmeron atque alii magno numero confirmant. Audiamus vero de hisce Irenæi iudicium advers. hæres. l. 3. c. 3. *Hæretici, inquit, cum ex scripturis arguuntur, in accusationem convertuntur scripturarum, quasi non recte habeant neque sint ex auctoritate, & quia varie sunt dicta & quia non possit ex his inveniri veritas ab his, qui nesciant traditionem. Non enim per literas traditam illam, sed per vivam vocem. Ob quam causam & Paulum dixisse, sapientiam loquimur inter perfectos. Hac stante papali traditione in nescios scripturæ & antiquitatis scholasticos corruptelæ pervaserant, & nunc eadem posteris pari modo traditæ confirmantur. Quapropter tantum abest, ut Scholasticorum vestigia deserant pontificii, ut potius manifesta scripturæ pervertant oracula, ne ab eorum superstitionibus vel latum unguem discedere cogantur. Imaginum cultum s. λατρείαν & Scho-*


366 Cap. VIII. De iis qui in corruptelarum

Scholasticis contra scripturam contraque sancta concilia & patrum sententias stabilitam esse quis ignorat, & fatetur Bellar. c. 22. l. 2. de Im. & qui eum sequitur Fr. Sylvius addit. ad Caranz. p. 536. nec tamen idololatriæ defugiunt auctoritatem Jesuitæ, ut potius idololatriam quandam licitam esse contendant. Sic namque aperte pronunciat Gregorius de Valentia Apologetico de Idololatria l. 2. c. 7. Idololatriam quandam esse licitam, & audet etiam probare ex I. Pet. 4. ubi ab illicitis idolorum cultibus Christianos dehortatur Apostolus. *Quid enim attinebat, inquit, ita determinate cultus simulacrorum illicitos nominare, si omnino nullos simulacrorum cultus licitos esse censuisset? Certe cum eadem injustam audimus, jure aliquem cædi posse intelligimus, nec si a blasphemia aut alio facinore semper ac omni ratione illicito quempiam avocare velis, opus est, ut vel illicitam blasphemiam vel illicitum crimen dicas.* Sic & Pelagianismum Scholasticorum tueri Pontificii malunt, quam se verbo Dei & Orthodoxæ conformare ecclesiæ. De Pelagianorum hæresi olim Augustin. l. de bono perseverant. c. 2. *Tria sunt, inquit, que maxime adversus Pelagianos Catholica defendit ecclesia, quorum unum est: Gratiam Dei non secundum merita nostra dari: quoniam Dei dona sunt, & Dei gratia etiam con-*

fen

feruntur merita universa justorum. Alterum est, in quantacunque justitia sine qualibuscunque peccatis in hoc corruptibili corpore neminem vivere: Tertium est, obnoxium nasci hominem peccato primi hominis & vinculo damnationis obstrictum; nisi reatus qui generatione contrahitur regeneratione solvatur. His v. primis duobus dogmatibus, quæ contra Pelagianos orthodoxa defendit ecclesia, contradixisse omnes ferme Scholasticos, nemo inficias ibit, nisi qui pudorem omnem posuerit. Quod si ex ipsorum scriptis noluerimus, ex Bradvvardino discemus, qui sec. XIV. vixit & librum contra Scholasticos ita incipit v. Flac. Catal. T.V. 761. *Sicut Dei amici in causa Dei postulare me provocant & confortant, rursus & amici Pelagii super numerum plures istorum me revocant & deterrent. Et cum sua tempora temporibus Eliz comparasset. Quot Domine, inquit, hodie cum Pelagio pro arbitrio libero contra gratiam gratuitam pugnant, contra Paulum pugilem gratia spiritualem. Quot & quam innumerabiles eis favent? totus etenim pene mundus post Pelagium in errorem abiit.* Sed non opus pluribus hisce immorari, quandoquidem scriptis suis & confessionibus testantur Pontificii, ab illis orthodoxæ ecclesiæ dogmatibus, quæ Augustinus cum orthodoxa ecclesia defendit, se cum Scholasticis dudum discessisse, & a Rossensi, Catharino, Pighio aliisque

hanc ob causam accusabantur. Quod si porro ostendere conarer, quomodo ad Sophistarum & Scholasticorum exempla Philosophiz regulis ad incrustandos errores suos Pontificii abutantur, dum sub habitus ethicos Gratiam & Fidem justificantem cogunt; Transubstantiationem ex modis prædicandi essentialibus astruunt; Concupiscentiam, cum non sit voluntaria, peccatum negant; Fidei adimunt *πληροφορίαν* s. fiduciam i. e. vitam ipsam cum unus idemque habitus in intellectu simul & voluntate esse nequeat; & cum fiduciz & certitudinis loco substituunt dubitationem, cum non nisi moraliter certi reddamur in Deum credendo. Quando etiam calicis usum adimunt, quod sanguis corpus comitetur. Cumque Legem impleri posse dicunt, cum frustra de impossibilibus præcipiatur, & tandem Pontificem ecclesiz suæ caput, imponunt, quod Monarchia sit excellentissima Rerump. verendum esset, ne novi operis exordium paraturus vix Portum ex alto hoc prospicerem. Vela itaq; contrahentes suas sibi corruptelas habere jurebimus adversarios veritatis, & gaudebimus de Babylone exivisse. Tibi vero, Triune Deus, Laus, honor, & Gloria, qui dissipatis fulgore verbi tui corruptelarum Sophisticarum nebulis, ostendisti nobis incomprehensibilem veritatis tuæ lucem. Paxis, ô Misericors, ut ardeant inde animi nostri perpetua amoris tui flamma, & hanc solam in secula beatitudinem conservent.



I N D E X CAPITVM.

- CAP. I. De scholastici nominis origine.
- CAP. II. In quibus corruptelarum Scholasticarum ratio consistat.
- CAP. III. Vnde ortum traxerint corruptelæ Scholasticorum.
- CAP. IV. De illis quæ corruptelas Scholasticorum consecuta sunt.
- CAP. V. De Adiunctis nonnullis Doctrinæ Scholasticæ.
- CAP. VI. De Autoribus Doctrinæ Scholasticæ & incrementis corruptelarum.
- CAP. VII. De Censuris Doctrinæ Scholasticorum.
- CAP. IIX. De iis qui in corruptelarum regno Scholasticis successerunt.

I N D E X R E R V M.

Numeri Romani adiecti, Præfationem Humanianam & vitam Tribbehouii designant.

- A** Literæ expositio a Petro Bertorio ridiculæ facta, 187
- Abaelardus**, an Scholasticorum Patriarcha? XIII.
- Theologiæ Scholasticæ primus auctor XIV. 59
- professor privatus fuit non publicus, XIV. not.
- ipsius oppugnatores & patroni, 324
- contra Tritheismum Rucelini disputat, 323
- ipsius errores Theologici, 324
- As** **Abbas**

INDEX

<i>Abbae</i> , Judæi Philosophica Schola,	9
<i>Abbatiae</i> , Germaniae celebriores, Scholae,	28
<i>Abbatia</i> , honoribus quinam digni ex mente Bernhardi Morlanensis,	31
<i>Abbatia</i> , barbari & voluptuosi descriptio ab Erasmo facta,	110
<i>Abgari</i> , historia reiecta causa vocati in Judicium In- quisitionis L. Vallæ,	114
<i>Abstractiones</i> Scholasticorum, ratione homines privare possunt,	45
<i>Abyngdonius</i> Musicus, duo ipsius Epitaphia,	335
<i>Academiae</i> ,	
<i>Arabicae</i> , in Africa & Hispania constitutae,	119
ex iis Titulorum Academicorum origo repetitur,	199
<i>Berytensis</i> , Constantinopolitanae & Roma- nae celebritas & Privilegia,	15
<i>Bononiensis</i> , mater studiorum,	35
<i>Cantabrigiensis</i> , status sub Scholasticis,	XX. XXI
<i>Jenensis</i> , status a Tribbehouio & aliis or- dinatus,	XLII
<i>Jesu Christi</i> , Jo. Schopfi qualis?	242
<i>Ingolstadiensis</i> , per Scholasticorum contro- uersas turbata,	225
de eadem iudicium Ludouici Bauari Imp.	226
<i>Oxonienfis</i> , Scholasticorum, de existencia Dei dubitat,	133
pontificiae tyrannidi repugnat,	94. 245
<i>Parisiensis</i> , a quo condita & exornata,	23
celebritas sæculo XII,	XIV
status sub Scholasticis,	XXI
a Germanis olim frequentata,	35
Bonifacio & Papatui resistit,	238
cum aliis Tyrannidem Papalem perstringit,	94. 245
<i>Pragenfis</i> , Pontifici aduersa,	94. 245
	Pla-

RERVM.

<i>Platonis,</i>	8
<i>Ticinensis, a quo condita,</i>	23
<i>Viennensis status, Aeneae Sylvii temporibus,</i>	203
<i>Academiae,</i>	
quando auctoritate Caesarum conditae & dotatae?	15
medio aevo quales,	178
iis crepta vera docendi libertas,	94
Anti-Christo inseruiunt,	91
in <i>Germania</i> olim nullae, alibi rariores,	28
quando in eadem ortae,	334
<i>Germaniae antiquissimae,</i>	35-36
<i>Italicae, in iisdem animae mortalitas publice professa, 135.</i>	
<i>Academici Honores enumerati; horum origo an a Scholasticis,</i>	196. seq. 199. seq.
an Christi praeceptis aduersi,	209
contra <i>Academicos</i> Disputationes Augustini quando scriptae,	XXXIX
<i>Adami</i> Historiam meditatus est Tribbechouius, XLVII	
de ipsius damnatione ante annum vigesimum iudicant Scholastici,	147
<i>Adelhero, Scholasticus Monasterii S. Albani ad Moguntiam,</i>	XII
<i>Adelbertus</i> Magdeburgensis Archi-Episcopus nobilium iuuenum doctor, & bonarum artium promotor. 29	
in Academia Parisiensi Papatui resistit, 238. 239	
<i>Adolescentuli ad sacras summasque dignitates promoti,</i>	117
<i>Adrianus</i> Pontifex Reformationem Ecclesiae Romanae exoptat,	95
<i>Adulatores, Pontifices ad quaevis extrema impellunt,</i>	103
Scholastici, a Cardinalibus Tridentinis & Erasmo reprehensi,	103. 104
<i>Aduocatus, sub Scholastici notione quandoque in Scripturis intelligendus,</i>	17
A A A	<i>A A A</i>

INDEX

<i>Aerumnose</i> scribere quid?	65
<i>Agnellus</i> Monachus, ob Scholasticorum impietatem a studiis auersus,	132
<i>Agrippa</i> (Cornelius) ipsius iudicium de Theologia Scho- lastica,	63
<i>Albertistae</i> Philosophi quales?	326
<i>Albertus</i> Archi - Episcopus Moguntinus Biblia sibi in omnibus aduersa esse profitetur,	177
<i>Albertus Magnus</i> , ipsius studia, elogia, naevi,	326
Aristotelis simia dicitur, an Magus?	327
Theologiae Philosophiam admiscet quo fructu?	58
<i>Alcalam</i> scientia Theologica Arabum qualis?	123
<i>Alcuinus</i> quis fuerit, ejus merita in restituendis bonis literis,	23
deliciosus dictus,	334
Papatui obfistit,	238
<i>Ab Ales, Alexander</i> , fons vitae & irrefragabilis dictus,	325
ipsius Summa Theologiae magnopere aestimata,	316
<i>Alexander</i> Aphrodisaeus Paullus Scholasticorum,	220
<i>Alexandrinae</i> Aristotelicae Scholae status & fata, 10. 11. seq.	
<i>Alexandrinorum</i> Schola Philosophica in Actis Apосто- licis memorata qualis?	10
<i>Aligher</i> (Dantes) de Scholasticorum Concionibus ruga- rum plenis quid senserit?	179
<i>Alleluia</i> vox ridicule a Scholasticis exposita,	212
<i>Ab Aliaco</i> (Petrus) Reformationem Ecclesiae Romanae ex- optat,	94
quid de Scholasticorum Concionibus senserit?	180
<i>Almani</i> (Jacobus) demonstrat, cur tam multi Pontifi- ci adhaereant,	101
<i>Alphabetum</i> non intelligunt medio aevo Episcopi,	208
<i>Amboesius</i> (Franciscus) defensor Abailardi,	325
<i>de S. Amore</i> (Guilielmus) Anti-Christianismum Mona- chorum strenue oppugnat,	328
	ipsum

R E R V M.

ipſius liber aduerſus Mendicantes ſcriptus cur combuſtus,	233
<i>Angelorum</i> nomina & ordines exactiſſime norunt Scho- laſtici,	146
<i>de Angelis</i> Spiritibusque Commentatio Tribbehouiana,	XL
<i>Angelicus</i> Cantus unde nomen habeat,	262
<i>Anglia</i> eruditionem ab Arabibus accipit,	127
Alcuinum & alios literarum inſtauratores mit- tit,	23
<i>de Animae</i> mortalitate diſſerere Concilio Lateranenſi prohibitum,	134
mortalitas publice in Academiis Italicis pro- feſſa,	135
immortalitate volumen quando ſcripſerit Au- guſtinus,	XXXIX
ſtatu, poſt mortem ridiculae Gregorii M. fabulae,	264. ſeq.
<i>Anſelmus</i> , Cantuarienſis Epiſcopus de Scholaſtica Theologia conqueritur,	59
Lucenſis, auctoritatem Papalem promouet,	83
<i>Antibarbarus</i> Erafmi Liber, commendatus,	68
<i>Anti-Chriſtus.</i>	
Papa Romanus. ab Arnulpho Epiſcopo iudi- catus,	88. 89
in Hildebrando manifeſtatus,	80. 81
praecceptor Scholaſticorum,	91
ipſius Regni ſumma miſeria,	82. ſeqq.
querelae Teſtium veritatis de eodem, ibid.	
quibus hominibus in propagando ſuo regno uſus,	328
ipſius Praecurſores a ſuis collegis dicti Scho- laſtici,	173
eius Praecones & fideles, Monachi, in primis medicantes,	105. 233
ad eundem a Chriſto prolapſam Eccleſiam Romanam fatentur Cardinales,	137.

INDEX

Anti-Christianismus.

Romano Pontifici a Synodo Rhemensi imputatus,	240
per barbariem & incitiam promotus,	207
& per Scholasticos propagatus, IV. 70. 162	
a Gregorio M. Joanni Præsuli Constanti-	
nop. obiectus,	253
<i>Antiphonarum</i> Liber qualis?	256
<i>Antipodes</i> dari adferens Virgilius Ecclesia pulsus,	209
<i>Antiquitates</i> Ecclesiasticae, Pontificiae auctoritati con-	
trariae, suppressae,	83
cas tractaturi medio aeuo pro Haereticis ha-	
biti,	109
<i>Antitrinitariorum</i> erroribus præluit Abailardus,	324
<i>Antoninus</i> Pius Imp. ipse de Medicis, Sophistis & Gram-	
maticis Constitutio,	15
<i>Apostoli</i> an Scholas ordinarint?	11
horum quatuordecim sedes in cælo metiri Scho-	
lasticis datum,	146
de <i>Apostolico</i> Symbolo fabula a L. Valla refutata capita-	
le crimen,	114
per <i>Apparitiones</i> Purgatorium a Gregorio M. stabili-	
tum,	264
<i>Aptitudinabilitates</i> Scholasticorum cui bono?	46
de <i>Aquino</i> (Thomas) argentei Seculi Scholasticus, IV	
Prædicatorum princeps,	229
Ἀειφορικώτατος,	228
veritatis tamen confessor,	243
ipse auctoritas a Doctoribus Parisiensibus	
conuulsa, multa in ipse scriptis haere-	
tica declarata,	234
<i>Arabes Philosophis</i>	
quinam de eorum studiis & scriptis commen-	
tati,	119
qualis eorum Philosophia,	120
eorum in seruandis literarum studiis solertia	
laudatur,	119
	ver-

R E R V M.

verborum quam rerum studiosiores inde	
verborum sapientiae domini dicti,	122
horum Philosophia Scholasticæ magistra,	50
Aristotelis Interpretes quales?	120. 121
horum Theologia qualis?	124
omnes suas doctrinas ad Latinos transmittunt,	127
ab iis Philosophiam repetit Otto Frisingensis	
Episcopus,	322
Honorum Academicorum auctores,	199
<i>Arbitrii</i> liberi viribus nimium tribuit Abailardus,	325

Aristoteles.

ipſius Lyceum celebre,	8
gentilium numero exemptus supra martyres	
in cœlo collocatus,	218. 222
præcurſor Chriſti in naturalibus,	223
Apoſtoliſ a Scholaſticis prælatuſ,	57. ſeq.
Platoni, omnibus Philoſophis, Patribus Ec-	
cleſiæ & verbo Dei præfertur.	216. 220
ſacris literis præpoſituſ,	136. 179
Iudex controuerſiarum Theologicarum con-	
ſtitutuſ,	332
Papa & Dictator a Scholaſticis conſtitutuſ,	
	XIX
in eo recipiendo tamen duas in partes eunt	
Scholaſtici,	XVIII
in Scholaſticorum poſtillis primas tenet,	190
Sacrae Scripturae & fidei Chriſtianae inter-	
pres & aſſertor habitus,	61. 64. 65. 67
	145. 171. 218
ab eo longo interuallo diſtant Scholaſtici,	47
ipſius verba tamen pro oraculis habent, ea	
tamen peruerſe intelligentes,	49. 64
latinum, non graecum intelligunt,	XIX
ipſius inepti & ſinceriores Interpretes in-	
cati,	119
ipſius ſcripta ab Arabibus verſa,	49
A a	119
4	Ari-

INDEX

Aristoteles.

- illa sermone authentico legere haut possunt
 Arabes, 120. 121
 huius auctoritas apud Arabes summa, 120
 Interpretes Auerroes & Auicenna quales? ib.
 ipse operum pars iam Caroli M. temporibus
 versa, 128
 Germaniae per Ottonem Frisingensem illatus,
 128
 e graeco & arabico in latinum sermonem
 iussu Friderici II. Imp. versus, 127
Aristotelis summa Albertus M. dictus, 326
Aristotelicae Scholae & Sodalitates descriptae, a quo
 sublatae? 10
 Philosophiae fata strictim enarrata, 219. sq.
Arnoldus de Villa Noua, apud hunc Reges de Episcoporum
 pessimis moribus conqueruntur, 167
 ipse sententia de iisdem, 168
Arnulfus Senior, ipse de Pontificum decretis & decretalibus
 sententia, 87. 88

Athei,

 ex Philosophia Morali Barbarorum a Tribbecho-
 nio confutati, XL
 item ex Historia Creationis Mundi in Traditionibus
 gentilium, ibid.
 eorum quinquaginta millia Parisiis e Scholasticorum
 Scholis, 134
 hos refelli aegre ferunt Scholastici, 134

Atheismus, i.

 huius auctores Scholastici habiti, 70. 220
 cum primis per dubitationes suas in eundem
 incidunt, 132. 133
 huius suspitione Pontifices & Cardinales
 quidam laborant, 133
 rei, Episcopi Academicarum Italicarum In-
 spectores, 135
 in Italia frequentes Magistri Scholastici,
 136
 ad

RERVM.

ad eundem totam Ecclesiam degenerasse Car-	
dinales profitentur.	136
<i>Avaritiae</i> Monasticae praesentissimum subsidium indi-	
catum,	162
<i>Aventinus</i> (Io.) eius elogia expurgatorii indicis litura	
deleta,	48
in dissensiones Scholasticorum inuehitur,	215
de horum Theologia iudicat,	64
<i>Averroes</i> qualis Aristotelis interpres iudice Vive,	120
Interpres S. S. & Theologiae a Scholasticis quo	
successu habitus,	67. 172
Betrus Scholasticorum, Deo & S. Scripturae	
praelatus,	220
<i>Augustinus</i> (Aur.) concubinas habet,	XLIV
Ambrosii sermonibus ad veritatem perducitur	
ipfius scripta,	XXXIX
de Purgatorio dubitat,	262
Graecas Litteras odio habet,	XXXV
cum eo comparatus. Adamus Tribbechonius,	XXXIV
<i>Augustinus</i> (Ant.) Emendationem Juris Pontif. optat,	85
<i>Avicenna</i> , qualis interpres Aristotelis,	120. seq.
B.	
<i>Babel</i> Roma a Germaniae Episcopis nuncupata,	240
Regni conditor Gregorius VII,	93
<i>Babelis</i> Papaeae confusio vnde cognoscenda,	155
<i>Baccalauri</i> Titulus Academicus qualis? vnde nomen	
habeat?	196. 197
Scholastici summam sibi auctoritatem tri-	
buunt,	222
<i>Banni</i> Papalis Formula singularis,	97
Scholasticos in obsequio Pontificis retinet,	96
<i>Baptismus, i.</i>	
insulsae de eius institutione Scholasticorum	
quaestiones,	157
eandem in sacris haud reperiri credunt,	158
an igne, aere, terra &c. fieri possit? ibid.	
an in nomine Buff, Bass,	158
A a 5	<i>Baptis-</i>

INDEX

- Baptismus, i.*
- formalia, barbari Parochi pronuciare haud recte possunt, 208
- Barbara*, primae Syllogismi figurae nomen vnde, XX
- Barbaries.*
- qua ratione in occidentis & orientis Imperio inualuerit, 22. 118. 119
- medio aeuo tyrannide Monachorum assera, 109
- summa, inprimis vltima Scholasticorum aetate per exempla indicata, 205. 206. 335
- Scholasticorum Parisiensium, XXI
- Barbarum* Sacerdotibus medi aevi Iure Canonico permittuntur, 211
- iis pleni Scholasticorum libri, 214
- de *Barbarorum* Philosophia Morali Tribbehouiana Commentatio qualis? XL
- Baronius* (Caesar) huius sententia de Donatione Constantini M. & Isidori Decretalibus, 77. 79
- Basileensis* Concilii Patres beneficiis sibi deuincit Papa, 101
- Bassolius*, Scholasticus dictus ordinatissimus, 334
- Beda* (Venerabilis) Scholasticos temerati verbi diuini reos pronuciat, 165
- ipsum querelae de Regno Anti-Christi, 82
- laudatus, vnde venerabilis dictus, 285. 286. sq. 288
- Bella* Christianorum perpetua neglectui praeceptorum Christi adscribit Erasmus, 76
- Belharminus* P. Sarpium ob publicatum Gersonis libellum haereseos postulat, 246
- ipsum Liber de Potestate Papae in Gallia per Carnificem combustus, 249
- Benedictini* Ordinis Leges bonis literis salutares, 24
- Monachi, horum studia qualia ex relatione Trithemii & Langii, 27. 28
- Beneficia* Ecclesiastica opima a Pontifice collata, multis contra Mysterium iniquitatis pugnantibus silentium imponunt, 100. 101
- Bene-*

R E R V M.

<i>Beneficiorum Ecclesiasticorum Dominus Papa a Scholasticis iudicatus,</i>	104
<i>Benno Cardinalis, huius de auaritia Monachorum querelae,</i>	92. 108
<i>Berengarius Scholasticus Abailardum contra Bernhardum defendit,</i>	324
Andegauensis Archi-Diaconus,	20. 33
<i>Bernhardus Claraeuallensis Abbas, contra Pelagianos Pontificios depugnat,</i>	242
Abailardi errores confutat,	324
ei Philosophiae ignorantia a defensoribus Abailardi obiecta,	325
de doctrina & moribus Monachorum sui aevi conqueritur,	165
ut & de Presbyteris & Episcopis adolescentibus.	117
Monachos hypocritis & Pharisaeis comparat,	107
<i>Bernardus Morlanensis quis?</i>	31
<i>Bertorii Petri, Dictionarium Scholasticum quale?</i>	187

Biblia.

de horum neglectu querelae,	171
ob styli simplicitatem abiiciebat Augustinus,	XXXVI
V. & N. Test. studiose a Carolo M. seruata,	194
senes Scholasticorum nec viderunt, nec legerunt,	176. seq.
post octauum Doctoratus Theologici annum demum legit Carolstadius,	177
sibi in omnibus aduersa esse profitetur Albertus Archi-Episcopus Moguntinus,	177
Hebraica & Graeca ex vulgata versione corrigunt Scholastici,	216
vulgata, adprobata in Concilio Tridentino,	216
<i>Bibliotheca Lectionum Ecclesiasticarum qualis,</i>	255. 256
<i>Bonaventura Scholasticus dictus Seraphicus,</i>	334
alia ipsius absurda encomia,	329

Bona-

INDEX

<i>Bona Ventura</i> ipsius studia & docendi ratio,	310
<i>Bonifacius</i> Pontifex, quo pacto dominatum in Ecclesia adquisiuerit,	73
<i>Boquinquam</i> Scholasticus,	33
<i>Bradwardinus</i> (Thomas) Testis veritatis,	243
<i>Bricot</i> Scholasticus,	49. 333
<i>Brigittae</i> visiones Scholasticis acceptissimae,	147
<i>Britannici</i> Cleri medio aevo miser status,	160
<i>Buchananus</i> Satyra Monachos exagitat,	109
<i>Budaei</i> (Guiliel.) de Assé Liber per Indicem Expurga- torium mutilatus,	89
<i>Buff, Bass</i> , hac appellatione institutus Baptismus an sit efficax,	158
<i>Burchardus</i> VVormatiensis sua Canonum Collectione auctoritatem papalem promouet,	83
C.	
<i>Caietanus</i> CC. errorum a Pontificio postulatus,	247
<i>Calceamenta</i> abstrahere poena animae illustris in Purga- torio,	264
de <i>Calicis</i> Consecratione Scholasticorum nugae & ger- rae,	160
<i>Calixtus</i> (Georgius)	XXXVII
<i>Calouius</i> (Abr.) Athanasio comparatus,	XXXIV
<i>Campanella</i> (Thomas) ipsius iudicia de Theologia & Philosophia Scholasticorum,	220. seq.
de <i>Canonibus</i> Apostolorum & Conciliorum sententia Postelli,	86
Concilium Tridentinum aduersum,	242
<i>Canonicorum</i> medio aevo conditio,	35
<i>Cantor</i> (Petrus) Testis veritatis,	169
<i>Cantorum</i> Schola noua a Gregorio M. adornata,	255
<i>Cantus</i> Ecclesiasticus a quonam ordinatus,	255
<i>Cantuum</i> Ecclesiasticorum Libri enarrati,	256
<i>Canus</i> (Melch.) ipsius iudicium de dubietatibus Scho- lasticis,	132
<i>Capitulare</i> Regum Francorum opus eleganti sermone conscriptum,	292
<i>Caracalla</i> Imp. Aristotelicam Philosophiam odio habet, 10 Cardi-	

RERVM.

<i>Cardinalis</i> vox & titulus ridicule a Scholasticis expo- situs,	213
<i>Cardinalium</i> dignitatem & potestatem cur extulerit Gerson?	246
hi in Concilio Tridentino verbos Eccle- siae & malitiam Scholasticor. profi- rentur,	203
<i>Carmelitas</i> Monachi nouum condere Euangelium vete- ri abolito ausi,	178
a <i>Carnis</i> Esu abstinencia a Gregorio M. commendata, ab Hildebrando per vim introducta,	81. 268
<i>Carolstadius</i> (Andreas) contemptor Academicorum ho- norum,	200
Biblia post octauum Doctoratus Theologi- ci annum demum legit,	177
<i>Carolus M.</i>	
restitutor Scholarum & Academiarum,	23.
	291. seq.
per Alcuinum aliosque Anglos eruditos li- terarum studia promouet,	289. 290
cultui Imaginum contrarius,	75
officium Ambrosianum vi & flammis abolet Gregorianum introducit,	257
<i>Carpocratianis</i> Haereticis Scholastici comparati,	220
<i>Casus</i> a Gregorio M. quadragesimali tempore prehi- bitus,	269
de <i>Cassia</i> (Simon) laudatus,	61
ipius querelae de Philosophiae & Theologiae commixtione,	ibid.
<i>Cassiodorus</i> Agapetum Papam ad excitandas Scholas hortatur,	278
a <i>Castro</i> Alphonsi Libri a Pontificiis castrati,	206
<i>Catherinus</i> Minorienfis Episcopus ab aliis in materia de natura & Gratia dissidet,	235. 247
<i>Cathedrae</i> Philosophicae quo nomine olim signatae,	7
<i>Catholicum</i> , Liber, fons sapientiae Monachicae,	109
<i>Celsius</i> (Conradus) ob doctrinas odio habitus a Mon- achis barbaris,	215
	671

INDEX

<i>Ceremoniis</i> simplicem cultum Christianum turbat Gregorius M.	254
<i>Charitas</i> non est Justificationis formalis ratio,	243
<i>Cherubici</i> dicti Scholasticorum quidam,	335
<i>Cherubim</i> ; Cherubin; & Cherub; quo modo a Thoma distinguantur,	212
<i>Chiliasmus</i> Veteris & Noui Historiam quis condiderit? XL	
<i>Chinenses</i> laudati, qua ratione Honoris Literatis conferant,	200
<i>Christophorum</i> pictum aut sculptum intuens, male non est periturus ex sententia Scholasticorum,	182
<i>Christus</i> , Seruator.	
Pontifici Romano a Scholasticis postpositus,	164
de ipsius Persona quo modo Libro de orthodoxa fide egerit Damascenus, 280. 281	
in eodem num plures filiationes absurdissima Scholasticorum quaestio,	150
de ipsius Corpore in Eucharistia impiae & absurdae Scholasticorum quaestiones,	152. seq.
de sanguine ipsius effuso tremendas lites mouent Scholastici,	148
ipsius gratiae detrahit Gregorius M.	270
sedem, in caelo metiri datum Scholasticis,	146
<i>Christus</i> Scholasticorum, Aristoteles,	220. 222
<i>Christiani</i> primo saeculo an Scholas habuerint? 10. 11	
de <i>Christianismo</i> suorum temporum ad doctrinas Christi Matth. V. VI. VII. comparato, quid senserit Linacel Anglus,	173
<i>Christianismi</i> veri in mundo restituendi spem deponit Erasmus,	175
<i>Cicero</i> (M. T.) quibus Legibus Scholas Philosophicas instituerit?	5. 6
<i>Claudius</i> discipulus Bedae laudatus,	289
a Carolo M. susceptus Nobilium Scholam instituit,	290
<i>Claudius</i> Taurinensis, Testis veritatis,	239
<i>de Cle-</i>	

R E R V M.

<i>de Clemangis</i> (Nicolai) querelae de neglectis Bibliis auctisque traditionibus,	176
<i>Clemens</i> ipfius gesta in Schola Alexandrina, in Academia Parifiensi Papatui obfiftit,	12 239
<i>Clerici.</i>	
erant Doctores Scholaftici,	XVI
<i>Literati</i> , dicti in primis Scholaftici Acroama- tici,	31. 32
<i>medii aevi</i> quales,	203. feq.
doctrina horum temerata & mores peffimi,	166. feq.
iis exofus Auentinus ob cenfuram morum,	48
horum fumma barbaries & incitia,	209
pauci latinam Linguam callent & ramen eadem faca adminiftrant,	260
<i>Pontificii</i> , horum peruerfa ordinatio,	117
<i>Pauperes</i> Papam impugnant, beneficiis cumu- lati filent,	100. 101
<i>Clericatura</i> literarum cognitio dicta,	31
<i>Coccos</i> omnes pronunciant Monachi medio aeuo, fe fo- los videntes,	113
<i>Calibatus</i> Clericorum patronus Gregorius M. 269. 270 introducatus ab Hildebrando,	81. 309
<i>Calum</i> & quae in eo funt mirabilia metiri & vidiffe da- tum Scholafticis,	146
<i>de Cafa</i> Dominica Controuerfia faeculo X. inter Be- rengarium & Lanfrancum,	300
in quaeftuofum facrificium quando mutata,	308
<i>Canobia</i> vide <i>Monafteria</i> .	
<i>Comes</i> Scholae Officialium, eius autoritas,	18
<i>Comeflor</i> vide <i>Petrus</i> .	
<i>de Commercis</i> Differtatio Tribbechouiana qualis? XL	
<i>de Conceptione</i> B. Mariae Virginis Controuerfia inter Dominicanos & Francifcanos,	228
<i>Conceptuales</i> Scholaftici a reliquis diffident,	226
<i>Concilium.</i>	
<i>Cabilouenfe</i> , de inftaurations Scholarum decernit,	26
	Conz

INDEX.

Concilium

- Constantinopolitanum* a. 754. de cultu Imaginum, 73. 299
Francofurtense, quo Imaginum Cultus condemnatur, 75
Lateranense, quo Transsubstantiatio introducta, 308
Moguntinum, Saec. IX. de Scholis sollicitum, 27
Nicaenum, de a. 787. de Cultu Imaginum, 73. 284
Parisiense, de eodem cultu, 76. 296
Rhemense, Saec. X. Primatui Papae adversum, 88. 240
Tridentinum per dissidia familiarum monachalium turbatum, 235. 247
 per huius decreta omnis spes emendandae Ecclesiae Romanae decollavit, 96
 eiusdem publicatio in Gallia prohibita, 248
 in eodem ineptae orationes recitatae, 190
Concionis Scholasticorum nugis plenae, 179. 180. seqq. 190
 in ineptas partes diuisae, 184
 immundae harumque specimina, 181
 ex Aristotele, audiente Melanchthone habitae, 222
Concionandi Methodus Scholasticorum ab Erasmo descripta, 183. 184
Concordantiae Scholasticorum quales? 185. 190
 de *Concursu* Dei, Dissertatione, quid tradiderit Tribbechovius, XL
Confusio Scholasticorum, 54
Conringius (Hermannus) laudatus, XXXVII
 de *Consecratione* Stolae Sacerdotalis, & Calicis Eucharistici gerrae Scholasticorum, 159
Constantini M. Donatio Pontifici facta per quem & quando efficta, 76. 92
 quanam tandem impugnaverint, 77
 Con-

R E R V M.

<i>Constantinus</i> Scholafticus,	XII
<i>Controuerfiae</i> & Diffenfiones Scholafticorum innume- rabiles ineptiffimae tamen, 224. 230. 231. feq.	
<i>Theologicae</i> a Pontifice ad Petrum Lombardum delatae,	XII
Pontificiorum in Concilio Tridentino celebres,	235. 247
praecipuae Ecclefiae Papaeae ftrictim indicatae,	232
de <i>Cornubia</i> (Johannes) aduerfarius Lombardi,	317
de <i>Cofta</i> Hominis, eiusque formatione tremendas lites mouent Scholaftici,	148
<i>Cotonius</i> Iefuita, Santarelli de Poteflate Papae librum damnat,	249
<i>Creatio</i> Mundi, eius in traditionibus gentilium memoria reliqua a Tribbechouio eruta,	XL
<i>Creationis</i> Mundi, modum demonftrant Scholaftici, 141	
<i>Crux</i> Chrifti fignum.	
huius adoratio in Occidente quando coeperit,	76
figno, quando benedici coeperit,	294. feqq.
fignum, cur inter fternutandum fiat,	295
de hoc figno opus Rabani Mauri quale?	263
& Commentatio Tribbechouiana,	294
& Commentatio Tribbechouiana,	XL
<i>Cultus</i> Numinis peruerfus per Myfticos promotus, XVII	
Reliquiarum, a Gregorio M. introductus,	268
<i>Curiofitas</i> Scholafticorum in iis quae humana ratione indagari nequeunt notata,	63. 141
eorundem duplex: vitiofa & virtuofa,	148
<i>Curtifani</i> Papae quinam fic dicti?	84
<i>Cusanus</i> (Nicolaus) Cardinalis per beneficia Papae deuinctus,	101
ipfius de Doctõribus Theologiae fui aevi iudicium,	203
fententia, de Donatione Constantini M. & Decretalibus Ifidori,	77. 79
<i>Cyrenaica</i> Secta in Actis Apoftolicis memorata,	9

INDEX

D.

- Daemonum* cohortes & primipilos exactissime norunt
Scholaſtici, 147
- Damaſcenus* laudatus, 280. notatus, 283
ipſius opus de fide orrthodoxa quale? *ibid.*
quid de eodem ſentiant Reformati, 281
imaginum cultus patrociniſm ſuſcipit, 282
- Damaſus* Papa iuſſu Theodoſii Imp. Officiſm Eccleſiaſticum ordinat, 255
- Dannhauerus*, Theolog. cum Ambroſio comparatus, XXXIV
- Decretales* ſub Iſidori nomine conſictas cur produxerint Pontifices, 77. ſeq.
Pontificum, de his quale iudiciſm tulerit Franciſcus Duarenus, 85
- Decretum* & *Decretales* qua ratione differant, 85
a Gratiano compilatum quale? 313. ſeq.
- Deiſtas* refelli aegre ferunt Scholaſtici, 134
- Deos* Tres eſſe Scholaſtici adſerunt, 144
- Derodonis* Scholaſtici opus Logicum quale? 226
- Deus*
- de ipſius exiſtentia dubitant Scholaſtici inprimis Oxonienses maximis rixis, 51. 133
publice eandem negant, 134
utrum ſit laudandus & an ore? quaectio magiſtralis Scholaſticorum, 188
ipſius verbum modificari poteſt ex ſententia Scholaſticor. 165
Pontifex a Curtiſanis ſuis ſalutatus, 84
te adiuvet formula ſternutantibus adprecari ſolita, vnde originem habeat? 263
- Dialectica, ac.*
- Scholas primus inſtituit Arceſilas, 38
Ariſtotelis a Scholaſticiſm recepta, XIX
innumeris & horridis terminis obſcurata, 139
quos fructus attulerit verae Theologiae, 63
in Academia Vienneniſi regnat Aeneae Sylvii temporibus, 203
- Dia-*

R E R V M.

<i>Dialecticae</i> Quaestiones & Praedicamenta X. inter Articulos Fidei ab Inquisitoribus relatae,	114
<i>Dialectici</i> Haeresiarchae dicti Nominales Scholastici, Saec. XI. pessimi Theologi,	226 59
<i>Diſtātus</i> Hildebrandini summa capita,	80
<i>Diſtionaria</i> Scholasticorum qualia,	185. 186. seq.
<i>Dionysius</i> Exiguus, ipsius Canonum Collectio qualis? eadem auctoritatem papalem promouet,	78 83
<i>Disciplinae</i> omnes horridis Scholasticorum terminis obfuscaetae,	138. seq.
<i>Disputationes</i> Philosophicae veterum peculiari ratione institutaetae,	4. 5
Scholasticorum, in utramque partem a Viue descriptaetae,	52. 131
Scholasticorum iuniorum quandoque sanguinolentaetae,	228
subtiles Monachorum Theologiam corrum-punt,	528
iisdem Scholae Theologicae potissimum con-stant,	38
<i>Disputatores</i> fortes summis apud Monachos honoribus digni habiti,	38
clamorissimi & impudentissimi in primis aestimati,	227
<i>Distinctiones</i> Scholasticorum absurdaetae,	53
plurimis sunt in pretio,	56
<i>Distinctionaria</i> Scholasticorum qualia?	186
<i>Diuisiones</i> nouae & innumeraetae a Scholasticis excogitataetae corruptelar. maximarum causaetae,	44
<i>Doctores</i> Philosophiae & Theologiae medio aeuo Scholastici dicti,	IX. 21
an Gratianus & Lombardus primum nuncupati,	199
Titulus Academicus, huius origo, insignia,	196. 198
<i>Doctus</i> Aethus,	137
<i>Domini</i> Sapientiae verborum cur dicti Arabes Philosophi,	122

INDEX

- Dominicus* in utero matris cur totius orbis incendiarius
 visus, 113
 in ipso honorem praedicatorum habitum circum-
 ferentem non periturum nugantur Schola-
 stici, 182
Dominicani Inquisitores, Iudices mundi constituti, 113
 ob Conceptionem B. Virginis a Franciscanis dis-
 sident, 236
 eorum Controversiae cum Iesuitis unde originem
 habeant, 234
Donati Regulas. Gregorius M. & Ius Canonicum non
 curant, 208. 279
Dorschaeus Th. cum Iulio Africano comparatus, XXXIV
 ipso auditores Historiae Ecclesiasticae amantes,
 XXXVI
Duarenus (Franciscus) huius de Pontificum Decreta-
 libus iudicium, 85
Dubitatio de Deo & diuinis Scholasticorum peruersis-
 sima, 133
Durandus Scholasticus celebris eius Epitaphium, 333
 E.
Eccius, ipso de Euangelico - Lutherana doctrina Scri-
 pturae concordia, testimonium, 178

Ecclesia, ae.

- pacem procurant Augustinus & Tribbechouius,
 XLII
 priscae, dignitates a Tribbechouio descriptae, XL
 corruptae statum deplorat Erasmus, 174. 175
Romano - Papae mediae aevi cum Iudaica com-
 parata, 107
 Anti-Christi Templum, 170. seq. 173
 ad eundem a Christo prolapsa consentibus Car-
 dinalibus, 137
 istius Morbi graphice descripti, 144. 148
 eosdem agnoscunt Pontifex & Cardinales Triden-
 tinae, 102. 104. 138
 istius praecipuae controversiae indicatae, 232. 247
 quando

R E R V M.

quando in eum statum peruenerit, ut non fuerit digna regi nisi per improbos.	95
<i>Mater</i> , quid de X Praedicamentis credat, id se etiam credere Valla profitetur,	115
<i>Onus Liber</i> qualis?	105
<i>Ecclesiae Cathedrales</i> , Officium Scholastici habent, quale illud? ex quando confirmatum.	32
<i>Philosophicae Scholasticorum</i> Papa Aristoteles,	XIX
<i>Eloquentia</i> neglecta a Scholasticis,	48
<i>Forensis</i> in Rhetorum Scholis olim pertractata,	13
Scholastica, peruersa,	14
<i>Eloquentes</i> viri olim Scholastici dicti,	18
<i>Elemosyna</i> , largiores cum primis, in Purgatorio positae ex sententia Gregorii M. profunt,	261. 267
<i>Emtio</i> Venditio inobedientibus Papae adempta,	81
ad <i>Epicurum</i> a Deo prolapsam esse Ecclesiam Romanam Cardinalis profitetur,	136. 137
<i>Episcopi</i>	
Scholarum Praefecti a Carolo Magno constituti,	24. 25
Carolino aeuo literarum promotores,	26
nobilium & ingenuorum iuuenum doctores,	29. 30
Academiarum inspectores Atheismi rei,	135
illiterati Scholas negligunt, barbariam promouent,	207
<i>medii aevi</i> horum negligentia, ignorantia & malitia graphice descripta,	116
eorum studia qualia?	28
de iisdem conqueritur Fridericus Siciliae Rex,	167
quam formula Iuramenti se Pontifici obstringere debeant,	97
<i>Germaniae</i> quid Saeculo IX. de Primatu Papae senserint,	240
<i>Epistolae Obscurorum Virorum</i> a quoniam conditae; de barbarie Scholasticorum testantur,	214

INDEX

<i>Erasmus</i> , Roterodamus.	
ob doctrinam exosus,	215
quo modo infallibilitatem Papae demon- stravit?	236
Pontificiam Ecclesiam nomine tantum ab Ethni- cismo differre autumat,	66. 67. seq.
Patres Ecclesiasticos & Scholasticos comparat,	102
de corrupta per Scholasticos Scriptura S. con- queritur,	174
barbariei Scholasticae hostis & testis, XX. XXI	
Liber ipsius de Methodo perueniendi ad Theo- logiam qualis?	66. 67
Antibarbarus ipsius qualis?	180
Moria sapientissima,	XXI
de <i>Erbordia</i> (Henricus)	234
<i>Errare</i> misero labore discunt Scholastici.	47
<i>Esseni</i> an a Marco Euangelista deducendi,	12
<i>Essentiae</i> Tres diuinas esse Scholastici adserunt,	144
<i>Ethica</i> Aristotelis a Scholasticis recepta,	XIX
<i>Ethnicismum</i> & <i>Papismum</i> nomine tantum differre au- tumat Erasmus,	66. 68
<i>Ethnicorum</i> Libri & doctrinae neglectae medio aeuo, X	
<i>Etymologiae</i> ridiculae a Scholasticorum Principibus tra- ditae,	212
<i>Euangelia</i> latino sermone primum recitata, postea vul- gari sermone populo exposita quando?	260
<i>Euangelicae</i> Pericopae vide <i>Pericopae</i> .	
<i>Euangelium</i> modificare Papa potest ex sententia Scho- lasticorum,	165
<i>nonum</i> veteri abolito, condere volunt Carme- litae Monachi,	178
eidem Canonès praeferruntur,	165
<i>Euangelico-Lutherana</i> doctrina ex S. S. aduersariis consentientibus desumpta,	178
<i>Eucharistiae</i> Sacramenti Mysterium explicare conan- tur Scholastici,	141

illud-

RERVM.

illudque nugis & absurdissimis quaestionibus profanant,	153. 156
de eodem peruersae opiniones lectione Scholasticorum excitatae,	132
<i>Euerbinus</i> Doctor Monacherum,	XII
<i>Eugenius</i> II. P. R. de instaurandis Scholis sollicitus,	26
<i>Eunapius</i> Sardinianus, ipsius iudicium de cultu reliquiarum & Martyrum,	276
<i>Excellentes</i> vocati Hebraeorum doctores,	200
F.	
<i>Fabulae</i> de suggestu pro sacra concione a Scholasticis enarratae,	180
<i>Facetiae</i> Hieroclis quales?	14
<i>Fides</i> huius Definitionem a Paulo non recte efformatam, magistraliter tradunt Scholastici, eandem ad Pontificis placita efformant, iustificare, adserit Petrus Lombardus,	142. 163. 242. 243.
<i>Flacii</i> (Matth.) Liber de Sectis Pontificiorum,	236
<i>Fortunatus</i> Scholasticissimus,	21
<i>Franciscana</i> Cuculla mortuis pro concione commentata,	182
<i>Franciscani</i> Monachi a reliquis in primis Dominicani ob conceptionem Mariae dissident,	234. 236
<i>S. Franciscus</i> ignorantiae Praeceptor, dixit deuotus sapientiae professorem, Magistri titulum respuit,	113. 210. 205
<i>Fredegaricus</i> cur Scholasticus dictus,	20
<i>Fridericus</i> II. Imp, ipsius iussu Aristoteles e graeco & arabico in latinum sermonem versus,	127
<i>Fridericus</i> Siciliae Rex, huius querelae de corruptis Episcoporum doctrina & vita,	162
<i>Frischlini</i> Priscianus vapulans, qualis Liber,	XXI

G.

<i>Galerus</i> a Kaisersberg, Scholasticos eorumque Theologiam exagitat,	62
<i>Galenus</i> huius Scripta ab Ambrosio versa,	119
<i>Gallia</i> Concilium Tridentinum haud admittit,	248

INDEX

<i>Gaufredus</i> Abbas Abailardi errores Theologicos oppugnat,	324
<i>Gentilesi</i> (Innocentii) Examen Concilii Tridentini,	242
<i>Gentiles</i> prisci prudentiores Scholasticis in rebus diuini,	148
<i>Gentilismi</i> culpa Viues Scholasticos onerat,	149
<i>Gerbertus</i> Scholasticus,	XII
Abbas Historiam Synodi Rhemensis celeberrimae euulgat,	249
<i>Gerhardi</i> (Jo.) Theol. Jen. morum innocentia cum patrum apostolicorum comparata,	XXXIV
<i>Germaniae</i> literis, scholis & Academiis destitutae descriptio,	334
Episcopi, cultui imaginum contrarii,	75
<i>Gerson</i> ipsius querelae de peruersitate & tyrannide Iuris Pontificii exilio punitae,	98 99. 100
ambitionem & tyrannidem Papalem denudat,	246
cur Cardinalium dignitatem tantopere extulerit?	246
Scholasticam Philosophandi methodum perstringit,	169
<i>Gibellini</i> defensores habent Scholasticos,	228
<i>Gildas</i> de pessimis Angliae sacerdotum moribus conqueritur,	166
ipsum Epistola de Britanniae excidio qualis,	105
<i>Gislebertus</i> Professor Theologiae Scholasticus,	XII
<i>Gochus</i> Testis veritatis contra Scholasticos,	62
<i>Gorgias</i> (Leontinus) Sophista primum Scholam Philosophicam instituit,	5
<i>Graduarius</i> Liber qualis?	256
<i>Graeca</i> Lingua, hanc odio habet Augustinus,	XXXV
huius ignarissimi Scholastici,	213
peritus nec Romae; nec Constantinopoli re- pertus quando?	279
eam nosse medio aevo suspectum,	215
<i>Graecanica</i> Philosophia apud Iudaeos exosa,	8. 9
<i>Graeci</i> bonas literas Occidenti inferunt,	127
	qua

R E R V M.

qua Pontificum arte possessione Italiae & Ro-	
mae priuati,	74
<i>Grammatica</i> hanc docere Episcopus a Gregorio M.	
prohibitus,	278
<i>Aluini</i> qualis?	292
<i>Grammatici</i> , de his Antonini Pii Constitutio,	15
<i>Officium</i> , in Ecclesiis Cathedralibus medio ae-	
uo quale?	33
de <i>Gratia</i> quid senserit Lombardus,	318
erronee sentit Abailardus,	324
& <i>Justificatione</i> Testes veritatis inter Scholasti-	
cos,	243. 244
& <i>Natura</i> controuersia turbat Concilium Tri-	
dentinum,	235. 247 seq.
<i>Gratianus</i> , an cum Lombardo & Comestore ex adul-	
terino coitu natus,	XXX. 322
<i>Decreti</i> compilator,	313. seq.
iudicia de hac ipsius compilatione,	ibid.
in conciliandis pugnantibus Pontificum Legi-	
bus frustra desudat,	232
<i>eodem</i> auctoritatem Papalem promouet,	81. 84
an primum Doctor nuncupatus,	199
summae apud Monachos auctoritatis,	109
Testis veritatis,	241. 242
<i>Gregorius Ariminensis</i> , Testis veritatis,	243
<i>Gregorius Iunior</i> , Pontifex, huius artes in dissidiis de	
Imaginum cultu,	74
<i>Gregorius M.</i>	
de vita ipsius & doctrina iudicia,	270. 271
ipsius laudes & naeui; superstitiones Monacha-	
les promouet,	253. 261
Sanctorum Inuocationem & alias Superstitiones	
in Ecclesiam introducit,	260
Daemoniorum doctrinas vario modo promo-	
uet,	269
per <i>Officium</i> caeremonias nimias in Ecclesiam in-	
troducit,	254
Dialogi ipsius fabulis pleni,	264. 270
B b 5	Pho-

INDEX

<i>Phocae</i> de regicidio gratulatus,	277
ex inferno meritis suis Traianum Imp. & alios reducit,	273
<i>Gregorius VII.</i> P. R. Anti-Christus iudicio Episcoporum, ipſius inſimul ſcelera indicata,	80. 93
Dictatus, adfectata poteſtas,	79. 81
<i>Gregorius</i> Turonenſis cultum ſanctorum per ſecta miracula promouet,	272
<i>Gretſerum</i> (Jacobus) Holdere Scholaſticas abſurditates exponenti reſpondet; de acerbitate ſtili ipſius iudicium,	155. 156
<i>Guelfi</i> defenſores habent Scholaſticos,	228
<i>Guilielmus</i> de S. Amore uide <i>de S. Amore</i> .	
Antiſiodoreniſis Teſtis ueritatis,	243
Summam Theologiae ſcribit,	329
<i>Guſtmundus</i> Scholaſticus. an Tranſubſtantiationem cre- diderit?	306
<i>Gymnaſia</i> Scholarum nomine ueniunt,	3
H.	
<i>Hadrianus</i> Pontifex cultum Imaginum promouet,	75
de <i>Haecceſitationibus</i> graues Scholaſticorum quaerſiones,	46. 151
<i>Haereſes</i> omnes ſuo tempore extirpauit Theodoſius Imp.	255
<i>Haereſiarchae</i> Dialectices dicti Nominales Schola- ſtici,	226
<i>Haereſis</i> eius obtentu Italiae poſſeſſione priuare Graecos conatur Pontifex Romanus,	74
<i>Pelagiana</i> inter Scholaſticos quando orta?	319. 320
<i>Haeretica</i> multa in Scriptis Thomae de Aquino decla- rata,	234
<i>Haeretici</i> media aetate V. T. Ebraice, & N. T. Graece, legentes, <i>babiti</i> ,	109
ut & ad S. S. & Antiquitates Eccleſiaſticas pro- noſantes,	109
Indulgentias reprobantes,	241
Scholaſticis diſſidentes,	227
	huma-

R E R V M.

	humanitatis studiosi a Paulo-II. pronunciati, 107	
	iis cognoscendis & refutandis multum temporis	
	impendunt Scholastici, XVII	
	hos se persecuturos iurant Episcopi Pontificii, 98	
	Scholastici, 69	
	<i>Haereticus</i> declaratus, qui contradicit Lombardo, 317	
	Ioachimus Abbas Apocalypsin ad Pontifices ap-	
	plicans, 318	
	ob studium in Graecos Iohannes Scotus habi-	
	tus, 238	
	Lutherus ob elegantiorē literaturam, 119	
	P. Sarpus, ob editum Gersonis libellum, 246	
	Valla, haud admittens Symbolum Apostol. ab	
	ipsis Apostolis concinnatum, 114	
	<i>Hebraice</i> nosse, medio aeuo haereticum, 215	
	de <i>Henta</i> (Hentius) Scholasticus Testis veritatis, 244	
	<i>Hierocles</i> Eacetae quales? 14	
	<i>Hieronymus</i> Officium Ecclesiasticum iussu Damasi Pa-	
	pae ordinat, 255.	
	ipse sui scribendi generis laudator, 19	
	Pragensis, de eo hostium laudes & testimonia	
	veritatis, 244. seq.	
	<i>Hildebrandus</i> , vide <i>Gregorius III.</i>	
	<i>Hildolfus</i> Scholae Hirsaugienfis magister, XI	
	<i>Hirsaugienfis</i> Scholae Theologiae magistri duo indi-	
	cati, XI	
	<i>Hispaniae</i> villatum Officium Gregorianum, 258.	
	ex eadem Philosophiam repetit Otto Erfingen-	
	sis, 322	
	<i>Historiae</i> Philosophicae ignari Arabes, 150. 121	
	<i>Historici</i> a Monachis neglecti, 109	
	<i>Holcot</i> Scholasticus, 333	
	<i>Holdenus</i> Scholasticarum impias & absurdas quaestiones	
	recenset, 155	
	<i>Hometarius</i> liber in Ecclesia Romana qualis? 256	
	<i>Homo</i> de Schola apud antiquos Scriptores qualis, 13	
	<i>Monachus</i> Augustodunensis Presbyter, huius quaestio-	
	contra peruersos Monachos, 106	
	<i>Hofmann</i>	

INDEX

<i>Hosianna</i> vox ridicule a Scholasticis expōita,	213
<i>Hospinianus</i> R. Monachos describit.	105
<i>Hostiae Eucharisticae</i> religiosius habitae initia Trans-	
substantiationis doctrinae,	308
de iisdem absurdae Scholasticorum quaestiones,	152. 157
<i>Humanitatis</i> studia sanctitatis praetextu aduersatur Gre-	
gorius M.	278
studiosi a Paulo II. Haeretici habiti & impediti,	207. 208
<i>Huffus</i> (Io.) de eo hostium laudes indicatae & testimo-	
nia veritatis,	244. seqq.
<i>Huttenus</i> (Ulricus) Academiarum praecipuarum de Pon-	
tificis corruptelis querelas promulgar,	94

I.

<i>Iacobus</i> Hispaniae Rex, huius de Episcopis sui aeni	
querelae,	167
<i>Iansenistae</i> cur a Iesuitis & reliquis diffideant,	234
<i>Iconomachi</i> nomen cur nactus Leo Isaurus,	74
<i>Idololatria</i> Christianis paganorum scholas frequentan-	
tibus imputata,	11
Crucis Christi, quibus gradibus progressa,	294. seq.
Mariana primum a Gregorio M. introducta,	261. 262
Pontificiorum ob quaestum & lucrum introdu-	
cta,	107. 108
quo pacto eam in adorandis Hostiis non conse-	
cratis, effugere conentur absurdi Schola-	
stici,	157
<i>Ieiunii</i> tempus a Gregorio M. auctum,	269
<i>Irenenses</i> Theologos cum Vitembergensibus componere	
conatur Tribbehouius,	XLII
<i>Iesus</i> salutarum nomen a Scholastico ridicule expōi-	
tum,	183
<i>Iesuitae</i> Biblia Graeca & Hebraica ex vulgata versione	
corrigit,	216
	horum

R E R V M.

horum cum Dominicanis controuersiae vnde originem habeant,	234
ob Librum de Potestate Papae Gallia fere eieci,	249
<i>Ignorantiae</i> praeceptor & promotor S. Franciscus,	113
professio in virtute ponitur,	209
<i>Imagines,</i>	
cur in Templis relictæ,	75
harum patrocinium suscipit Damascenus,	282
<i>Cultus</i> earundem quo modo stabilitus,	284
de eodem contentiones synodorumque varia decreta indicata,	73
per eius confirmationem Dominatum suum sta- bilit Pontifex Romanus,	74. 79
eidem contrarii Britanniae, Galliae, Germaniae Episcopi vt & Carolus M.	75
a Ludouico Pio etiam improbatus,	75
<i>Immunitas</i> Monasteriis a Gregorio M. procurata,	253
<i>Imperator</i> an a Papa possit deponi inter Scholasticos controuersum,	230
huius Iura pauci Scholastici defendunt,	230
super eum qua ratione se collocarit Papa,	76
<i>Imperium</i> Occidentale & Orientale barbararum gentium incurfionibus euastatum,	118
de <i>Impostoribus</i> Tribus Libri auctor e Scholasticorum ludo prodiit,	136
<i>Incarnationis</i> Christi Mysterium explicare conantur temerarii Scholastici,	141
<i>Indiuiduificationes</i> Scholasticorum cui bono?	46
<i>Indulgentiae</i> , pia fraus & dolum non malum adpel- latae,	241
harum nundinatio quando coeperit?	92
a Monachis praedicatae,	182
pro suggestu concioni sacrae commendatae,	182
de iisdem Veselii Liber Testimonium veritatis praebet,	241
iisdem & Sorbona aduersatur,	246. 247
<i>Infallibilitas</i> Papae ab Hildebrando stabilita,	80
	82

INDEX

<i>ex tot Pontificiorum controuersis confutata ab Erasmo,</i>	236
<i>Infames fere literarum bonarum studiosi a Monachis habiti,</i>	109
<i>Inferni hypocausta omnia exacte norunt Scholastici,</i>	147
<i>ex eo meritis suis Monachum & Traianum Imp. reducit Gregorius M.</i>	273
<i>Infidelibus accensentur Scholastici,</i>	70
<i>Ingeniosum studiorum genus, ab utilitate remotum, quid iudice Salomone sit?</i>	55
<i>Inquisitionis Iudicii in Vallam ob veritates historicas exerciti admirabilis descriptio,</i>	114
<i>Officium, Monachis cur demandatum,</i>	113
<i>eo omnem veritatem & humanitatem depriment,</i>	113. 114
<i>Interpres Iuris Pontificii quales iudice Postello,</i>	86
<i>Interregnum veritatis errorumque quando fuerit?</i>	252
<i>Ioachimus Abbas Apocalypsin ad Pontifices applicans Haereseos condemnatus,</i>	318
<i>Iohannes XXII. P. R. ad Palinodiam a Sorbona adactus,</i>	245
<i>Iohannes Baptista & Aristoteles Praecursores Christi,</i>	223
<i>Iohannes Duns a Thoma de Aquino dissidet,</i>	332
<i>eius scripta obscura,</i>	<i>ibid.</i>
<i>Iohannes Parisiensis Doctrinam Transubstantiationis impugnat,</i>	243
<i>Iohannes de Poliano testis veritatis,</i>	329
<i>Iohannes de Rupella Scholasticus famosus, huius scripta,</i>	326
<i>Iohannes Scholasticus & Episcopus,</i>	20
<i>Iohannes Scotus in Academia Parisiensi Papatui resistit,</i>	238
<i>ob testimonium veritatis a discipulis confossus,</i>	239
<i>Irnerius Ius Iustinianum restituit,</i>	312
<i>Isidori (Pseudo-) Decretales fictitiae,</i>	77. 78
	<i>ibid.</i>

R E R V M.

<i>Isidorus</i> Pelusiota cur Monachis lectione Poetarum interdixerit?	112
<i>Italia</i> qua Pontificum arte Graecis erepta,	74
huius in Principes per beneficia Ecclesiastica dominatum stabilis Pontifex,	101
<i>Itineraria</i> cur amarit Tribbechovius,	XXXVII
<i>Iudaei</i> an Scholas Philosophicas receperint?	3
Philosophiae Graecanae maximi oses,	3
<i>Iudaismus</i> per Traditiones Papales instauratur,	169
<i>Iudicem</i> Papa nullum habet,	96
<i>Iudicia</i> Romae venalia,	89
<i>Iulianus</i> Apostata osor Scholarum; hunc imitantes Scholastici,	207
<i>Iulianus</i> Episcopus Capuanus, cur Scholasticus dictus?	VIII. 20. 21
<i>Iuramentum</i> Episcoporum, quo Pontificii fidem obstringunt, quale?	97
eius Formula, quo Papae se obstringere necesse habebant Scholastici,	ibid.
<i>Iurisconsultorum</i> ad exemplum S. Scripturam exponunt Scholastici,	186
<i>In</i> Canonico - Pontificio,	
quid Gratiano debeat,	313. seq.
huius Blasphemiae,	84
iniquitas per quos detecta,	85
de eadem cordatorum virorum querelae,	89
Agrippae de eodem iudicium,	89. 90
de huius tyrannide querelae Gersonis,	98. 99
dissonum inter se & diuersum,	132
huius Interpretes quales iudice Postello,	96
barbaris & indoctis Sacerdotibus patrocinium praestat,	315
<i>de Iustificacione</i> Hominis Peccatoris coram Deo egregiae sententiae Scholasticorum,	248
in hac tamen materia ieiunus P. Lombardus,	328
<i>In</i> Carnotensis iudicium de eodem,	315
auctoritatem papalem promouet,	87
	a. Kain

INDEX

K.

a Kaisersberg (Gailer) ipsius iudicia de Magistris &
Doctoribus medii aevi, 204

L.

- Laici* literarum doctrinarumque professione exclusi, 32
cum primis a Gregorio M. 278
- Lambertus* (Francisc.) Honores Academicos damnat, 201
- Lanfrancus* an Theologiae Scholasticae conditor. XIII
ipsius controversia cum Berengario de Coena
Domini late enarrata, 300. seq.
- Langius* (Paulus) Monachos medii aevi & veteres
comparat, 116
ipsius de Theologia Scholastica iudicium, 65
- Latina* Lingua gentium barbararum irruptione cor-
rupta, 259
ea Sacrorum celebratio quando introducta, ibid.
- Laurentius* Anglus, testis veritatis, 329
- Lectioes* Ecclesiasticae quotuplicis generis a quibus or-
dinatae, 255
- Lecturae* Scholasticorum, 180
- Legendarius* Liber in Ecclesia Romana qualis? 256
- Leges* arbitrarias sibi ipsi faciunt Pontifices, 79
nequissimae a Pontificibus pessimis latae, 83
- Leo* Isaurus Imp. Iconomachus, 74
- Lesbae* Graecorum, 7
- Lex* Sophoclis de Scholis Philosophorum aperiendis, 7
- Liberianorum* per Scholam in Actis Apostolicis qui-
nam intelligendi, 9
- Licentia* Titulus Academicus qualis? 196
suis origo, significationes variae, 198
- Linnæus* (Thomas) Novum Testamentum legit, ipsius
de doctrina eodem contenta iudicium, 178
- Lingua* Latina & ignota quando sacra celebrari cœpta,
259
- Linguarum* cultura medio aevo a Scholasticis neglecta,
213. 214.
- Litipipium* s. Biretum Insigne Doctoratus, 198
- Listrius*

R E R V M.

<i>Liftrius</i> (Gerardus) huius notae in Erasmi Encomium Moriae quales ?	68
<i>Estania</i> Septiformis Gregorii M. vnde sic dicta,	261
<i>Literas</i> Humaniores negligunt Scholaſtici, harum ſtudioſi ſeculares & inhoneſti a Mona- chis habiti,	XXV 108
<i>Literatores</i> olim Scholaſtici dicti,	20
<i>Literatura</i> politior a Monachis impedita,	108
<i>Logica</i> ab Arabibus Philoſophis tantum tractata, <i>Scholaſticorum</i> , qualis?	122 XX
Theologiae noxia,	170
eam tamen ſine hac ſtate non poſſe credunt Scholaſtici,	64
<i>Λογικῶν</i> Scholaſticorum,	50
<i>Lombardus</i> Petrus,	
an ex adulterio natus,	XXX. 321
an primus Doct̄or,	199
Scholaſticorum Patriarcha,	XIII
cur illi Principatus Theologiae Scholaſticae ad- ſignatus,	XV
non fuit primus Scholaſticus,	XV
primus Theologiae in Academia Pariſienſi Pro- feſſor, ſplendorem eidem adfert,	XII. XV. 291
fit Ep̄iſcopus Pariſienſis,	XV
libris Sententiarum inclareſcit,	XIV
quales illi,	XV. 59. 314. 321
ex Damasceni de Orthodoxa fide opere ſua po- tiſſimum deſumit,	285
peruerſa ipſius dogmata, aduerſarii, 315. 317. 328	
in Controverſia Theologica a Pontifice tanquam oraculum conſulitur,	XII
Transubſtantiationis dogma definire non au- det,	308
argentei ſaeculi Scholaſticus,	IV
Teſtis veritatis,	241. 242
ſummae apud Monachos auctoritatis,	109
<i>Loquentes</i> vulgo Arabes dicti,	122. 123
Cc	Ludo-

INDEX

<i>Ludovicus</i> Pius Imp. cultui imaginum aduersus,	75
<i>Bavarum</i> , Imp. huius de Academia Ingolstadtensis a se condita iudicium,	226
<i>Iudaeus</i> Litterarius sub Scholae nomine,	9
<i>Lutherus</i> (Martianus) ipsius iudicium de Lombardo,	320. 321
magno adplausu Reformationis opus adgredi- tur,	338. seq.
de eodem iudicium Langii,	339
ei cultura elegantiorum literarum tanquam Hae- resis exprobrata,	115
quoniam ipsius de Reformatione Ecclesiae per Pontifices procuranda fuerit sententia,	95
ipsius iudicium de Decreto Gratiani,	313
<i>Lyceum</i> Aristotelis celebre,	8
M.	
<i>Magi</i> medio aevo Philosophiae studiosi habiti,	208
& cuiusvis generis docti homines,	109
<i>Magister</i> Titulus Academicus, qualis, huius origo & variae significationes,	196. 197
an licitus,	200. 201
quo tempore in Germania, pro monstro ha- bitus,	334
medio aevo qualis?	203. 204
<i>Magister non tenetur</i> Critica Scholasticorum nota,	127
<i>Magistratus</i> Graecorum circa Scholas aperiendas au- toritas,	7. 8.
de <i>Mali</i> origine scribit Augustinus,	XXXIV
huius inuestigatio difficilis,	43
<i>Mammotrectus</i> Liber, fons Sapientiae Monachicae,	109
<i>Manichaeorum</i> partes amplectitur Augustinus,	XXXVI
<i>Mansur</i> a Graecis dictus Damascenus,	282
de <i>Manuum</i> impositione commentatio Tribbehouiana,	XL
<i>Marcus</i> Euangelista an Alexandrinae Scholae condi- tor,	11
an Essenorum auctor,	12
	<i>Marianus</i>

R E R V M.

<i>Marias</i> Deiparae Thronum in caelo metiri datum Scholasticis,	146
Imago per Lucam formata, miraculosa,	261
cultum introducit Gregorius M.	261. 262
ex vulgata Bibliorum versione asseritur,	216
<i>Marialia</i> quando orta,	333. 336
<i>Marsilius</i> (Patavinus) Testis veritatis,	85. 244
<i>Martyres</i> , eorum peruerso cultu iudicium Eunapii Philosophi,	276
pro iumentis Deum deprecantes introducit Graeculus mendax,	292
<i>Mathematica</i> Scholastica Theologiae nocua,	170
ab Arabibus ad Latinos transmissa,	127
a Scholasticis neglecta,	XXI
<i>Matthaei</i> Evangelistae, C. V. VI. VII. percurrans quid dixerit Thomas Linacer,	178
<i>Mayronis</i> (Franciscus) Scholasticorum nugacissimus,	38
illuminatus tamen dictus,	335
<i>Medica</i> Ars ab Arabibus ad Latinos transmissa,	126. 127
<i>de Medicis</i> Antonini Pii Constitutio,	15
<i>Meliorabilia</i> Scholasticorum,	46
<i>Mendicantes</i> Cathedras Scholarum sibi vnice postulant,	233
locustis de abyſſo putei exeuntibus comparati,	60
horum Libri quales?	62
<i>Metaphraſtes</i> , Graecus, huius Vitae Sanctorum absurdissimae,	292
<i>Metaphysica</i> Aristotelis a Scholasticis recepta,	XIX
ab Arabibus Philosophis tantum tractata,	122
Scholastica, Theologiae nocua,	170
<i>Methodus</i> docendi discendique in Scholis Veterum Philosophicis,	4. 5. 6
inutilia docendi & quaerendi Scholasticorum,	44
perueniendi ad veram Theologiam Erasmi laudata,	66
<i>Metrica</i> expofitio verbi diuini Scholastica qualis?	187

INDEX

<i>Milites</i> Scholares, quales?	16
<i>Minoritae</i> Scholasticos Seraphicos sequuntur,	227
<i>Miracula</i> a Gregorio commemorata ab ipsis Pontificiis pro effectis habita,	268. 270
de iis Gregorii Turonensis Libri quales?	272
<i>Missae</i> Pontificiorum,	
a Gregorio M. stabilitae,	263
pro defunctis ab apparitionibus originem tra- hunt,	265
animae illustri in purgatorio misere seruienti, salutares,	265
Monachis & Sacrificulis cur tam acceptae,	107
triginta, cur celebrentur pro Mortuis,	266. 267
priuatae, ob quaestum contra praecepta Imp. institutaе,	308
an possit eas homo mortuus celebrare grauis Scholasticorum quaestio,	152
<i>Mizraim</i> Moſis quem denotet,	XL
<i>Modesta</i> Liber, fons sapientiae Monachicae,	109
<i>Modestia</i> Scholastica laudata,	227
<i>Monachi,</i>	
per Carolum M. ab ignauia ad bonas literas reuocari,	24
iisdem cur magna Saxoniae pars a Carolo M. attributa,	25
aeuo Bernhaldi qua doctrina, quibus moribus fuerint?	165
horum studia qualia ex relatione Trithemii & Langii,	27. 28
nobilium & ingenuorum iuuenum doctores,	29. 30
sapientiae Professores olim quales?	105
erant quandoque Doctores Scholastici,	XVI
Theologica studia vnice tractabant,	X
per disputationes subtiles Theologiam cor- rumpunt,	328
qualiter veram sapientiam corruperint?	105
literaturam politiorum turbant,	108
	litera-

R E R V M.

literarum bonarum studiosos inhonestos habent,	108. 112
horum tyrannis in bonarum artium & antiquitatum studiosos,	109
in dissentientem a nugis scholasticis L. Vallam inquisitionem instituunt,	114. 115
Rabanum Maurum S. S. nimis intentum aegre ferunt,	293
iisdem lectio Poetarum prohibita,	112
querelae piorum de ipsorum corruptelis,	105. 106. 110
superstitiosi, in Aegypto orti, inde per orbem diffusi,	253. 276
reliquiarum propolae ab Augustino reprehensi,	275
Pharisaeis comparati,	107
Ptochotyranni dicti,	108
Anti-Christi ministri deuoti,	105. 329
Pontifici regulis & sacramentis deuincti,	107
papalem auctoritatem confirmant,	83. 106
hoc in conatu iisdem resistit Academia Parisiensis,	238. 241
Leoni Isauro Iconomacho infidias strunt,	74
horum quaestuaras artes notant Scholastici,	240
ab Erasmo exagitati,	110
<i>Aurelianenses</i> & <i>Lexouieneses</i> laudati,	24
<i>Benedictini</i> Ceremonias Gregorianas Ecclesiae inferunt,	256
<i>Franciscani</i> , auctorem habent barbarici & inscitiae patronum,	210
<i>Monachismus</i> a Gregorio M. maxime promotus,	253. 278
<i>Monachus</i> ob aureos in proprietate retentos, post mortem in sterquilinum proiectus,	266
<i>Monasteria</i> ,	
qualia primis temporibus?	24
Scholae fiunt prudentia Caroli M.	ibid.
horum magnam curam gerit Augustinus,	XLI
Cc 3	Bene

INDEX

- Benedictinorum Scholae,** 27. 28. 31
 in ea Musae literaeque humanitatis confu-
 giunt, 23
 in eadem Academiae Angliae commutatae a
 quonam, 278
 ante Abaelardum & Rucelinum fouent Schola-
 sticos, XIV
 singula habent Scholasticum h. e., Professore[m]
 Theologum, X. XI
 immunita reddit Gregorius M. 253
 bestiarum tabernacula a quonam dicta, 107
Monasticae virtuti exercendae dat se pars Scholasti-
 corum, XVII
Moralistae Scholastici Doctores dicti, 37. 38. 59. 170
Morbos per Precationes S. Blasii depelli posse fabula
 mendacis Graeculi, 292
Morhofius (G. D.) Tribbechio de Philosophia Mo-
 rali disputanti adplaudit, XXXII
Moria Brasmi sapientissima doctrinas Scholasticorum
 repraesentat, XXI. 68
Mortui quamnam rerum humanarum notitiam habeant
 ex sententia Augustini, 261
 pro iisdem Oblationes an iisdem profint, fabu-
 lis demonstratur, 282. 283
 ab iisdem quaerere veritatem a Deo prohibi-
 tum, 267
 horum curam cur tam libenter gerant Mo-
 nachi, 107
Mullerus Rostoch. Prof. laudatus, XXXVI
 a *Mundelheim* (Nebridius) notatus, 12. 34
Mus Hostiam comedens quo modo tractandus absurda
 & impia Scholasticorum quaestio, 152. seq.
Musaeus Scholasticus, 25
Musaeus Marsiliensis in digerendis Pericopis Euangeli-
 cis occupatus, 193
Musaeus (Io.) Scholasticor. sententias fouet, XXXI
Mussae (Cornelius) huius querelae de deprauata per
 Scholasticos Theologia, 68
Mysteria

R E R V M.

<i>Mysteria</i> Religionis Christianae suis nugis profanant Scholastici,	152
omnia, S. S. pro suo arbitratu explicant,	141. 142
de iisdem dubitant,	132
<i>Mysterium</i> Iniquitatis Papalis, quando maxime se pro- diderit,	80. 81
<i>Mystici</i> Theologi medio aeuo quales?	XVII

N.

<i>de Natura & Gratia</i> controuersia Ordinum Pontificio- rum turbat Concilium Tridentinum,	235. 247
<i>de Neapoli</i> (Fr.) Scholasticus, eius de Theologiae ha- bitu sententia,	54
<i>Nobiles</i> iuuenes in Monasteriis educati literisque im- buti,	29. 30
<i>Nobilium</i> Scholam per Clementem instituit Carolus Magnus,	290
<i>Nominales</i> Scholastici aliquot enumerati, a reliquis dissent,	224. 226
<i>Notiones</i> nouae & absurdae a Scholasticis introdu- ctae,	44
subtiles & steriles maximus horum labor,	50
<i>Novator</i> quis a Scholasticis dictus,	49
<i>Nauceitas</i> Scholasticorum cui bono?	46
<i>Nunciis</i> Apostolicis quas artes commendavit Aenas Sylvius,	102
<i>Nugae</i> Scholasticorum venales,	146. 147. 150
pro concione sacra adlatæ,	180
<i>Nugalis</i> Scholastica, locutio, vnde originem habeat,	6

O.

<i>Oblatio</i> sacra, animae illustri, in Purgatorio misere ser- uienti, salutaris,	265
<i>Occamus</i> (Guilielmus) qualis ille Theologus, iudice Langio,	65
iniquitates legum papalium redarguit,	85
defensor Iurium Imperialium,	230
<i>Officialium</i> Imperialium, Ordo Schola dictus,	12

INDEX

- Officium Ambrosianum* vi & flammis in Gallia abrogatum, 257
- Gregorianum*, pbr vim & ficta miracula Ecclesiis obtrusum, 257. seqq.
- quae damna Ecclesiae attulerit? 254. 255
- de *Opinionibus* sententiae Scholasticorum quorundam egregiae, 242. seq.
- Opinionibus* potius, quam aequitate constant decreta Iuris Pontificii iudice Postello, 87
- de *Ordine* Libros, quando & cur scripserit Augustinus, XXXIX
- Origenes* huius gesta in Schola Alexandrina, 12
- Oslamundanus* Conuentus, componendorum dissidiorum inter Theologos Ienenses & Vittebergenses, agitatorum, causa institutus, XLII
- Osnabrugensis* Gymnasii Origines, instituta, 25
- Osyris* Aegyptiorum detectus, XL
- Otto* Frisingensis Episcopus augusta stirpe natus, 128
- Philosophiae instrumenta ex Hispania adfert, 322
- cum primis Aristotelis Libros, 128
- Qua* a Gregorio M. quadragesimali tempore prohibita, 269
- P.
- Palinodiae* a Berengario in controuersia de Coena Dominica factae, formula, 304
- ad *Palinodiam* Pontificem compellit Sorbona Parisiensis, 245
- de *Pane* in foro venum exposito, an & quomodo possit Sacerdos Papaeus conficere corpus Christi, 161
- Pantaenus* huius gesta in Schola Alexandrina, 12
- Papa* vide *Pontifex*.
- Papae* Studiosi Rostochii adpellati, cur? 32
- Papismus* per Religionem Doctorum Scholasticorum mirifice promotus, XVI
- eundem & *Ethnicumum* nomine tantum differre autumat Erasmus, 66. 67. 68. seq.
- Parisienses* Scholastici Monachis & Papatus aduersi, 241
- Haere-

R E R V M.

Haereseos inde postulati,	233
<i>Passionarius</i> Liber in Ecclesia Romana, qualis?	256
<i>Patres Ecclesiae</i> quipsum suo dicit?	21
post eos Doctores Scholastici orti,	22
an recentioribus Doctoribus praeferendi,	XXXIII
praecipui eorum indicati & laudati,	ibid.
Platonem laudant, Aristotelem reiciunt,	217, 218
iis Aristoteles praefertur,	221
a Monachis neglecti,	109
de Scholasticorum scriptis conqueruntur,	41, 42
& Scholastici in comparationem adducti,	102
<i>Patriarchae</i> Scholasticorum, Arabum Philosophi,	128
<i>Patritius</i> , Franciscus, insanum Aristotelis amorem in Scholasticis reprehendit,	216
<i>S. Paulus</i> Apostolus, an in concione Atheniensi Schola- stica arte vsus,	19
a Glossatore Iuris Canonici & Scholasticis casti- gatus, eiusque fidei definitio reprehensa,	141, 142
eius Epistolae a Scholasticis plane neglectae,	177
<i>Paulus</i> II. P. R. humanitatis studiosos Haereticos vo- cat,	207
<i>Peccati</i> Originis nullam mentionem in opere de fide Orthodoxa facit Damascenus,	281
<i>Pelagianae</i> Haereseos postulati Thomas & alii Schola- stici,	62, 319, seq.
<i>Pericopae</i> , Evangelicae, de iisdem diuersa iudicia, an Scholasticis origo tribuenda,	191, seq.
proxime post Apostolorum tempora ortae, ibid.	
<i>Peripatetici</i> an Alexandrini, quorum mentio in Actis Apostolicis,	9
<i>Personae</i> Definitio Scholasticorum admirabilis,	46
<i>Pestis</i> per Processionem Romae a Gregorio M. feda- ta,	261
<i>Petrarcha</i> (Franciscus) Scholasticorum Conciones nu- gis plenas reprehendit,	179
<i>Petrus</i> Scholasticorum,	46

INDEX

<i>S. Petrus</i> huius Regalia se defensorus iurant Episcopi,	98
Sedes ipsius cum Mosis Cathedra comparata,	107
<i>Petrus</i> Comestor, unde sic dictus? eius scripta Theo-	
logica,	321
an ex adulterio natus,	XXX. 321
<i>Petrus</i> Hispanus, infelix Dialecticus,	49
<i>Pharisaeis</i> Monachi comparati,	157

Philosophia,

<i>una</i> nobilissima pars Theologiae, eiusque studium Theologiae cultoribus maxime commendandum,	XXIII. XXVI
a Scholasticis corrupta,	48
Theologiae admixta per Scholasticos quo fructu,	58
querelae hac de re diuersorum,	59. 60. seq.
eam ex Hispania repetit Otto Frisingensis,	322
eius ignorantia Bernharδο obiecta,	325
obliuionem a Maria virgine impetrat Albertus Magnus,	327
Doctores, nomine Scholasticorum veniunt,	21
Studioſi, medio aeuo pro Magis habiti,	208
<i>Arabum</i> , qualis?	120
<i>Barbarorum</i> Moralium, per Tribbeckonium exposita,	XL
<i>Christi</i> ab Erasmo commendata, reiecta Scholastica,	67
<i>Graecanica</i> Iudaeis summe exosa,	8
<i>Scholastica</i> , huius conditor & pater,	XIII
natura & indoles qualis,	XVI
accurate descripta,	XXII
<i>Loquentium</i> , siue <i>Rationalium</i> apud Arabes qualis?	123

Philosophi,

antiqui, qua ratione Scholas suas ordinauerint,	4. 7
<i>Judaici</i> contra Stephanum adsurgunt,	9
olim Scholastici dicti,	VII
<i>horum</i>	

R E R V M.

<i>horum Scholae an apud Iudaeos receptae,</i>	8
<i>vide & Scholae Philosoph.</i>	
<i>Sectae diuersae in vno loco docebant,</i>	12
<i>Phocae regicida,</i>	
<i>ipsi de scelere gratulatur Gregorius M.</i>	277
<i>Physica Aristotelis a Scholasticis recepta,</i>	XIX
<i>Physici medio aevo banno papali percussi,</i>	209
<i>Picua (Io. Franciscus) horridos Scholasticorum Ter-</i>	
<i>minos reprehendit,</i>	140
<i>Pighius (Laurentius) in Controuersia de Natura & Gra-</i>	
<i>tia Catharinum defendit,</i>	247
<i>Plato ineptus Theologiae interpres,</i>	61. 67
<i>Patribus Ecclesiae acceptus,</i>	217. 218
<i>Platonicae Philosophiae cruda tractatio causa errorum.</i>	
<i>Abailardi in doctrina de S. S. Trinitate,</i>	325
<i>Platonici homines,</i>	45
<i>Plotinus,</i>	12
<i>Foculum Scortationis Papaeum a Ioanne praedictum</i>	
<i>quale?</i>	102
<i>Poetae a Monachis neglecti horumque lectio summe</i>	
<i>exosa,</i>	109. 110. 112
<i>Poggini (Florentinus) constantiam Hieronymi Pragen-</i>	
<i>sis laudat,</i>	245
<i>Πολυμαθία olim Scholasticae Litterae dicta,</i>	19
<i>Politicae studium cur neglexerint Scholastici,</i>	XIX
<i>Polybistor medio aevo Scholasticus dictus,</i>	IX
<i>Pomponatius e ludo Scholasticorum prodit,</i>	136
<i>Pontifex Romanus,</i>	
<i>Deus a Curtisanis suis salutatus,</i>	84
<i>Christo praelatus a Scholasticis,</i>	164
<i>regna sibi tributaria reddit,</i>	8E
<i>qua ratione se supra Imp. & Principes collo-</i>	
<i>carit,</i>	76
<i>an Imperatorem possit deponere inter Schola-</i>	
<i>sticos controuersum,</i>	230
<i>suis Edictis etiam fictitiis Canonum auctorita-</i>	
<i>tem tribuit,</i>	77
	<i>Pontif.</i>

INDEX

<i>Pontifex Romanus,</i>	
<i>suas Constitutiones diuinis Legibus praefert,</i>	99
<i>ipſius poteſtas legislatoria maſcule in dubium vocata,</i>	88
<i>de ipſius Poteſtate quid Gallia ſentiat,</i>	248
<i>cultum Imaginum confirmando dominatum in Eccleſia ſtabilit,</i>	73
<i>inutilis licet & populum ad inferos ducens, a nemini tamen iudicandus,</i>	96
<i>Infallibilitatem ipſius quo modo demonſtrarit Erasmus,</i>	236
<i>in controuerſia Theologica ad Lombardi Ora- culum confugit,</i>	XIII
<i>Scholaeſticae Philoſophiae labyrinthum condi- dit & confirmauit,</i>	96
<i>ipſius Dominatus a Monachis ſtabilitus,</i>	106
<i>eidem fauent Scholaeſtici praemiis illecti,</i>	100
<i>eiuſdem Tyrannidi omnis inſeruit Theologia Scholaeſtica,</i>	90
<i>eidem plus poteſtatis tribuunt Scholaeſtici atque ipſe quidem haut agnoſcit,</i>	182
<i>ad ipſius placitum fidem & religionem effor- mant,</i>	163
<i>novos condere poſſe fidei articulos eidem per- ſuadent,</i>	164
<i>verbo Dei detrahere & addere poteſt ex ſenten- tia Scholaeſticorum,</i>	164
<i>ei propagationem Atheiſmi in Italia publica Gratiſ tribuit Cardinalis,</i>	136
<i>collatione beneficiorum ſapientiffimos & ani- moſiffimos ſibi contrarios deuineit,</i>	100. 102
<i>eaque arte Baſileenſes Patres in ſuas partes per- trahit,</i>	101
<i>atque Principes alioſque omnes,</i>	ibid.
<i>quam Iuramenti formula Scholaeſticos & Epi- ſcopos ſibi obſtringat,</i>	97. 98
<i>Eccleſiae corruptum ſtatum agnoſcit,</i>	95. 138
<i>Pontifices. Patroni & Promotores barbarici,</i>	205. ſeq.
	ipſi-

R E R V M.

ipsumet rudes & illiterati,	207
vita turpes & monstruosi testibus Baronio & Aeneae Sylvio,	82. 207
<i>Postellus</i> (Guilielmus) de perueris Scholasticorum dubitationibus conqueritur,	133
huius de Iure Pontificio sententia,	85. 86
<i>Postillae</i> Scholasticorum quales?	185. 186. 190
<i>Potentia</i> abilitudinalitates Scholasticorum,	46
<i>Praecedentiae</i> studium a Christo notatum Match. XXIII.	201. 202
de <i>Praedicamentis</i> , X. quid crederet, in Inquisitione percontatus L. Valla,	114
<i>Praemiis</i> contra pompam Clericorum & potestatem Papalem disputantes demulcet Papa,	100. 101
<i>Presbyteri</i> fiunt Adolescentuli & imperitissimi,	117
<i>Primatus</i> omnis a Christo damnatus,	202
<i>Prui.</i> de eodem quid senserint Saeculo IX. Germaniae Episcopi,	240
eundem adfectans Praeful Cpolitanus Anti-Christianismi accusatus,	253
<i>Principes</i> Italiae propter Beneficia Ecclesiastica Pontifici deuincti,	101
Iuuentutis in Monasteriis educati literisque imbuti,	29. 30
<i>Principibus</i> Philosophia Christi commendatur,	67
<i>Priscianus</i> vapulans Frischlini qualis Liber,	XXI
<i>Procuriones</i> a Gregorio M. institutae,	261. 262
<i>Profanitas</i> cui studiorum generi attributa,	X
<i>Professio</i> Literarum & bonarum artium Laicis adempta cur?	32
<i>Professor</i> vox quas personas significet?	VII
<i>Professores</i> olim dicti Scholastici, in primis Theologiae,	IX. X
pessimi Monachi,	112
<i>Proprietate</i> Monachorum Gregorio M. summe exosa,	265. seq.
<i>Proffer</i> Scholasticos,	25

INDEX

- de Providentia Dei*, quo scripto egerit Tribbecho-
 uius, XL
Prudentia regnandi sub Augusti exemplo ostensa, XL
Psalmorum Davidis verbis Pontifices in diris suis abu-
 tuntur, 97
Psalterium Mariae a Bonaventura compositum, 333
Ptocho-Tyranni Monachi a quonam dicti? 108
Ptolomeus, huius Scripta ab Arabibus versa, 119
de Pulcro & Apto, scribit Augustinus, XXXVI
Purgatorium, eodem primus Ecclesiam terruit Grego-
 rius M. 264
 de eodem Oratio Damasceni qualis, 282
 huius & coelorum omnia hypocausa exacte nota
 runt Scholastici, 146. 147
 in eodem positus triginta Missae admodum salu-
 tares, 266. 267
Pythagoras ad eum a Deo prolapsa Ecclesia Romana,
 hunc in Theologia ducem sequi perabsurdum, 57
- Q
- Questionaria* Scholasticorum qualia? 186. 187
Quaestiones Scholasticorum horridae, absurdae, impiae,
 de *Quidditatibus* Scholastici acriter disputant, 229
Quirogae Index Expurgatorius in Auentium iniu-
 rius, 48
Quodlibeta, quando orta? 332. 336
- R.
- Rabanus* (Maurus) laudatus, 293
 in S. S. nimis intentus Monachis videtur, ibid.
 opus ipsius de S. Cruce quale? 189. 190. 294
Rabbi Titulum quo sensu damnarit Seruator, 202
Ratio & Reuelatio confusae innumeras errores produ-
 cunt, 44
Rationales eut Afares Philosophi dicti? quales? 122.
 123
Rigides Scholastici aliquot enumerati, a Nominalibus
 dissident, 224. 226
Refer-

R E R V M.

<i>Reformatio</i> Ecclesiae Romanae a Petro ab Alliaco exoptata,	94
ab Adriano Pontifice frustra tentata,	95
<i>Reformationis</i> Historiam meditatatur Tribbechouius,	XLIII
<i>Regalia</i> S. Petri se defensores iurant Episcopi,	98
<i>Regulae</i> Philosophicae a Philosophis Arabibus constitutae,	124. 125
<i>Reinhardus</i> Doctor Monachorum,	XII
<i>Religio Christiana</i> a Scholasticis ad nutum Pontificis mutata,	163. 164
ultima Scholasticorum aetate maxime obtenebrata,	336
impurissimis & absurdissimis quaestionibus fordata,	15E
<i>Scholastica</i> perfectissima a quibusdam habita,	XVI
<i>Religionis</i> examinandae voluntatem pro instinctu Satanae habent Doctores Scholastici,	XVI
<i>Reliquiae</i> Sanctorum a Gregorio M. collectae, adseruatae, harumque cultus fictis miraculis procuratus,	268
Saec. X. in immensum auctae,	309
fraudis apertissimae circa easdem exemplum,	310
harum propolae Monachi ab Augustino reprehensi,	275
de harum cultu pueruo iudicium Eunapii Philosophi pagani,	276
<i>Rerum</i> cognitio per verborum & terminorum multitudinem confusa a Scholasticis,	45
de <i>Resurrectione</i> Martuorum ex Aristotele disputata Scholastici,	149
post eandem edere & bibere an fas futurum. Quaestio Scholasticorum Magisterialis,	150
<i>Reuelingus</i> ob doctrinam exosus,	215
<i>Reuelatio</i> & Ratio a Scholasticis confusa innumeris corruptelas producit,	44

Amo 1799

INDEX

- Renoca* Formula solennis in Inquisitionis officio, 114
- Rhetores* horumque discipuli primitus Scholastici dicti, VII. 13
 torum Scholae & exercitia eloquentiae forensis, 13
- Rhetoricam* artem Carthagine & Mediolani docuit Augustinus, XXXVI
- Riculfus* Moguntinus Archi-Episcopus fictitias Pontificum Decretales ex Hispania in Galliam adfert, 77. 78
- Risibilibus* Scholasticus Aristotelem Christo praefert, 223
- Ritteri* (Gerardi) lacrymae ecclesiae qualis liber, 105
- Rittershusius* (Conradus) emendatus, 18
- Ritualia* Gregorii M. per Monachos Benedictinos Ecclesiis illata, 256
- Roma* Vrbs, euerfa a barbaris gentibus, 118
Babel, a Germaniae Episcopo nuncupata, 240
 hanc, qua arte Graecis eripere conatus Gregorius Pontifex, 74
 eam per fictam Donationem Constantini M. sibi seruat Pontifex, 76
 omnia ibi venalia iudice Ataulpho Episcopo, 89
- Romani Imperii* euerfio barbaricam literis adducit, 22
- Rosaria* quando orta? 332. 336
- Rucelinus*, Abelardi Praeceptor an Scholasticorum Patriarcha? XIII. 224
 nouum in Gallia sapientiae Lyceum condit, 322
 ipfius doctrinae Philosophicae & Theologicae, 224. 323
- Rupellus* (Iohaanes) super IV. Sententiarum Libros aerumnose ac vtrumnose scribit, 65
- Rupertus* Episcopus Lincolnienfis primus summam Theologicam scribit, 325
- Ruthardus* Scholae Hirsaugiensis magister, XI
- Sacerdotes*, horum medio aeuo pessimi mores & doctrina peruersa describuntur, 186
 his, decretis Iuris Ottonici barbaries & inscitia permiffa, 211
- Sacro-*

R E R V M.

<i>Sacramenta</i> septem esse ridicule demonstrare conatur Patriarcha Venetus,	190
de iis arduam materiam absurdis nugis profa- nant Scholastici,	152. seq. 156
horum formam ex Canonibus potius, quam Eu- angelistis desumendam, putant Scholastici,	165
<i>Sacrificium</i> quaestuosum fit Coena Dominica,	308
<i>Sacrorum</i> Administratio per introductus Caerimonias difficilior a quonam reddita,	255
Ordo, Hieronymianus & Ambrosianus per Gre- gorianum Officium, antiquatus,	256. 259
<i>Sagittarum</i> Altenburg. Praesul VVittebergenses & Je- nenses Theologos componere conatur,	XLII
<i>Sanctitatis</i> praetextu humanitatis studia negligit Gre- gorius M.	278
<i>Sanctorum Cullus</i> per Gregorium M. introductus,	268. 270
eorum reliquiae ab eodem collectae & venera- tioni expositae,	268
per Gregorium Turonensem per relationes mi- raculorum amplius promotus,	272
Inuocatio per quem introducta,	260
de <i>Sanctorum</i> vitis meritis ex precibus absurditates Me- taphrastis graeculi,	292
<i>Santarelli</i> Iesuitae de Potestate Papae Liber, quid in Gallia effecerit,	248
<i>Sapientiae</i> Rationalis & Reuelatae commixtio a Scho- lasticis tentata, Theologiae exisiosa,	57. 59. seq.
<i>Sarpis</i> (Paullus) Haereseos ob publicatum Gersonis libellum postulatus,	246
<i>Satisfactiones</i> Pontificiorum; quo pacto introductae?	108
<i>Saxonia</i> Episcopis & Monachis cur maxima ex parte Carolo M. attributa,	25
<i>Septici</i> an Libertini in Actis Apostolicis,	9

INDEX

<i>Scepticismus</i> Arabum Philosophorum,	126
Scholasticorum ridiculus,	37. 51. 52. 130
qua ratione curandus ex mente Aristotelis & Galeni,	51
<i>Scherzerus</i> Theol. Lipsiensis cum Nazianzeno comparatus,	XXXIV

Schola,

eius significata varia apud Graecos,	2. 3
apud Latinos,	3. 4
vox pro secta sumitur,	6
quando ad sapientum Gymnasia translata,	7

Scholae,

an ab Apostolis constitutae?	11
quando publica Caesarum auctoritate constitutae atque dotatae?	15
per Carolum M. in Occidente instauratae,	23
de iisdem constituendis diuersis Conciliorum Canones,	26. 27
harum cura olim ad <i>Episcopos</i> spectabat, quam tamen negligunt,	116
<i>iisdem</i> a Carolo M. demandata,	24. 25
ab Augustino & Tribbechouio procuratae, XLI	
a Pontifice prohibitaе,	107
<i>Alexandrina</i> , num prima Christianorum, & a Marco instituta,	11
<i>Cantorum</i> noua a Gregorio M. ordinata, quid Ecclesiae attulerit?	255
<i>Christianarum</i> instauracionem Romae suadet Cassiodorus,	278
<i>Gentilium</i> interesse Scholis, Christianis tanquam Idololatria exprobratum,	11
<i>Judaicae</i> ex Actis Apostolorum demonstratae,	9
<i>Monasticae</i> , harum ratio & differentiae,	30
<i>Benedictinorum</i> quales,	27. 28
<i>Nobilium</i> a Carolo M. erectae,	290
<i>Officialium</i> Comes, qualis eius auctoritas,	18

schola,

R E R V M.

Scholae,

<i>Philosophicae</i> qua ratione prius constituta,	4
leges docendi discendique in iis obseruata,	5
friuola & inutilia multa in iisdem tractata,	6
de iisdem aperiendis <i>lex Sophoclis,</i>	7
<i>Philosophica</i> Abbae Iudaei,	9
<i>Theologicae</i> in Monasteriis ab aliis distinctae,	30
harum rectores Scholastici dicti,	XI
qui earum splendorem extinctum resuscitant,	22
<i>Theologica Parisiensis</i> quando coeperit?	XV
ei praesidet Petrus Lombardus,	XII
<i>Tyranni</i> in Actis Apostolicis qualis?	10. 11
de <i>Schola</i> Homo qualis?	13
<i>Scholares</i> Milites quales?	16
<i>Scholasticae</i> Litterae quales?	19
<i>Scholastica Philosophia</i> huius natura & scopus qualis?	XX
Labyrinthum condidere Pontifices,	96
primus auctor Rucelinus XIV. vide etiam:	
<i>Philosophia.</i>	
<i>Theologia</i> , huius prima aetas,	327
huius primus auctor an Abaelardus,	XIV
primordia, a quo tempore repetanda,	XIV
<i>Scholastici,</i>	
huius adpellationis origo, quos apud Graecos & Lat. & posterioribus seculis denotet, VI 2.6.7	
horum amplior descriptio,	36. seq. 9
nomen eruditionis & scientiae olim argumentum,	17
studiosi scientiarum dicti,	15
de iis Liber hic Tribbechouii qualis? XXXVIII	
<i>borum</i> , quisnam primus?	XIII
diuersae Aetates atque Classes indicatae,	252. seqq.
<i>Nominales,</i>	224
	<i>Scho-</i>

INDEX

<i>Scholastici,</i>	
<i>Parisienses</i> scientiarum ex parte conseruatores,	35
<i>Practici?</i>	XVII
<i>Reales,</i>	224
<i>Theoretici,</i>	XVI
argentei Saeculi quinam?	IV
Saeculi XIV. a quibus Scriptoribus memorati,	333
ad XII. M. eorum numerus excrescit,	ibid.
Titulis Academicis superbiunt,	203. seq.
quando iis addita Epitheta,	334
horum dissidia Scholastica & Politica,	223
medio aevo Polyhistores,	IX
horum <i>eruditio</i> & doctrina qualis iudicibus Tribbehouio & Verulamio,	56
Graeca nesciunt,	XIX
Cantabrigiensium & Parisiensium eruditio qualis,	XX. XXI
non Philosophi sunt, sed Sophistae,	XXI
Sophisticam suam ab Arabibus hauserunt,	126
Aristotelem pro oraculo habent nec tamen recte intelligunt,	47. 48
Sceptici,	130. 131
de horum dubitationibus iudicium Melchioris Cani,	132
creationis mundi modum demonstrare conantur,	141
horum distinctiones & subtilitates plurimis sunt in pretio,	56
hor. subtilitates exagitantur,	139
barbari & illiterati,	205. 211 213
monumenta & libros bonae frugis negligunt,	214
eorum in <i>Theologicis</i> praeceptor Anti-Christus,	91
verbum Dei traditionibus corrumpunt,	169.
	169
Theologiam inquinant,	57. seq.
<i>Scho-</i>	

R E R V M.

Scholastici,

scientiae diuinae & humanae corruptores,	III.
	40. 41. 42
in <i>Atheismum</i> & desperationem suis dubitationibus incidunt,	70. 132. 133
eundem in Italia propagant,	136
illius auctores habentur,	70. 220
in Academiis Italicis publice mortalitatem animarum profitentur,	135
quo tempore Professores Theologiae dicti? X. 21	
a Dominico a Soto aduersus Catharinum Episcopum in controuersia de Natura & Gratia excitati,	247
horum in fidem & SS. merita in Concilio Tridentino praedicata,	174
iisdem qui Clerici,	32
Monachi superstitioni,	XVI
inaepti Concionatores nugae pro concione adferunt,	179. 181. seq. 184
an Pericopas Euangelicas excerpserint?	190
publicis Imperii negotiis se immiscent,	228
Anti-Christianismum propagant,	IV. 70
Pontificem Christo praeferunt,	154
eundem Dominum Beneficiorum Ecclesiasticorum constituunt,	104
non ausi contradicere Pontificibus metu Legis & Anathematis Papalis,	96
iuramentis ad defendendam auctoritatem Pontificiam obstricti,	97
item praemiis illecti,	100
eum Paulo & Apostolis comparati & per Ireniam iisdem praelati,	142. 143
& Patres Ecclesiae inuicem comparati,	102
hos ab Ethnicis nomine tantum differre autumat Erasmus,	67
Theodorianis Haereticis comparati,	69
Nugiuenduli,	246. 148

D d 2

Schq-

INDEX

<i>Scholastici,</i>	
Encomio Moriae ab Erasmo exagitati,	68
morum tamen elegantiae studiosi,	16
dissidentes inter se modesti,	227
quandoque fiunt Testes veritatis,	237. seq.
in Scholis Monasteriorum & Ecclesiarum Ca-	
thedralium, horum officium quale? XI. 32. 34	
aliquot celebres in Germania enumerati,	XII
Officiales in Aulis Imperatorum,	16
<i>Scholasticissimi</i> quinam vocati?	21
quinam Saeculo IX. dicti?	IX
<i>Scholasticus</i> Iurisperitus,	17
πολυμαθής	19
Rhetor,	13. 14
Vir eloquens,	18
<i>Scholasticus</i> nugacissimus,	38
<i>Scholasticus</i> sermo pro ornato,	19
<i>Scholica</i> Nugalia vnde originem habeant,	6
<i>Schraderus</i> Prof. Helmstad, laudatus,	XXXVII
<i>Scotus</i> an primus Philosophiam Theologiae miscuerit? 59	
tenebrarum magister appellatus,	46
Scepticus insignis,	131
<i>Scriptura Sacra,</i>	
ei doctrina Protestantium adficientibus aduer-	
sariis concordat,	178
fons esse debet Iuris Ecclesiastici,	85
inter res prohibitas relata,	175
eadem nihil opus esse, fidei dogmatibus per Scho-	
lasticos enucleatis, Tridenti propositum,	174
eidem nimis intentum Rabanum Maurum aegre	
ferunt Monachi,	293
per Scholasticos corrupta,	169. 171. 174
falsis & philosophicis interpretationibus turbata,	
	90. 92
in eandem Scholasticorum Explicationes quotu-	
plices & quales? 184. seq. vid. & <i>Biblia.</i>	
<i>Scythopolita</i> (Ioannes) Grammaticus cur Scholasticus	
dictus,	20
	<i>Secae</i>

R E R V M.

<i>Seftae</i> Iudaeorum cum Ordinibus Monachorum comparatae,	107
<i>Semi-Papae</i> Studiosi Rostochii adpellati, cur?	32
<i>Sensus</i> in discrimen vocant Scholastici,	51
<i>Seraphici</i> Doctores Minoritis accepti,	227
<i>Seraphicus</i> dictus Bonaventura Scholasticus,	335
<i>Serapio</i> Episcopus cur Scholasticus dictus, VIII.	21
<i>Sermologus</i> Liber in Ecclesia qualis?	256
<i>Seruus Sermorum</i> se primum vocat Gregorius Magnus Papa,	253
<i>Sidonius</i> Episcopus Scholasticus,	21
<i>Singularisationes</i> Scholasticorum, cui bono?	46
<i>Simonia</i> Monachorum per metum Iurgatorii, Pontificis Romani,	167 89
hanc in Pontificem cadere posse demonstrant Cardinales,	104
<i>Sixtinus</i> de Amama, huius iudicium de Pericopis Evangelicis refutatur, 191. 192. seq.	324
<i>Socinianorum</i> Haeresim an praeluserit Abaelardus,	151
<i>Socrates</i> ab Aristophane exagitatus,	XXXIX
<i>Soliloquia</i> Augustini, Tribbechouii de Passione Christi,	XXXIV. XLIII
<i>Soloecismi</i> Sermonis Sacerdotibus Iure Canonico permittuntur,	211
iisdem pleni Scholasticorum Libri,	214
<i>Somnia</i> Scholasticis accepta,	147
<i>Sophistae</i> cum primi Scholas habuerunt, de iisdem Antonini Pii Constitutio, Veteres & Recentiores descripti, Scholastici,	5 15 39 XX. 37. 39. 139. 140
<i>Sophistam</i> horribilem se Scholasticus Parisiensis nominat,	40
<i>Sorbona</i> Parisiensis quando erecta, Indulgentiis Papalibus aduersa, Pontificem ad Palinodiam compellit,	334 246. 247 245
de Soto (Dominicus) in doctrina de Natura & Gratia ab aliis Pontificiis diffidet,	235. 247

INDEX

<i>Specula</i> nugarum Scholasticarum quando primum pro-	
ducta,	336
<i>Speculationes</i> Scholasticorum,	170
<i>Stationes</i> Meritoriae a Gregorio M. introductae,	263
σαυρολαγία Vbi prohibita?	76
<i>Stephanus</i> Proto-Martyr a Philosophis Iudais oppu-	
gnatus,	9
<i>Stephani</i> (Henricus) Scholasticis exosus,	216
<i>Stoici</i> cur Scholastici ab Erasmo & aliis dicti,	320
de <i>Stola</i> Sacerdotali futilissimae Scholasticorum <i>Quae-</i>	
stiones,	159
<i>Studiosi</i> Rostochienses Papae & Semi - Papae dicti	
cur?	32
<i>Subtilitates</i> Scholasticorum,	55. 57
<i>Superstitio</i> medii aevi circa Ethnicorum scripta & do-	
ctrinas,	X
<i>Monachorum</i> ,	253. 254.
hanc acerbe infectatur Eunapius Philosophus,	276
<i>Monachismum</i> firmat,	107
<i>Papae</i> a Gregorio M. potissimum introducta,	261. seq.
per <i>Mysticos</i> promota,	XVII
vt & per Scholasticos,	XVI. 162
hanc Ecclesiae Romanae in Concilio Tridentino	
tribuit Cardinalis,	137
<i>Sutlinius</i> contra Monachos scribit,	105
<i>Sylogismus</i> supremus Scholasticorum labor, in eorum	
Scho lis cum primis Theologicis regnabat,	XX. 31. 37
eodem ad ineptias suas defendendas abutuntur	
Scholastici,	XVIII
tribus instructi cum quouis de quavis materia	
manus ceaserunt,	131
iis Theodotiani ad firmandam suam Haeresin	
abutuntur,	69. 70
<i>Sylvius</i> (Stenas) ipsius iudicium de Io. Husso, & Hie-	
ronymo Pragensi,	244. seqq
	quas

R E R V M.

quas artes Nunciis Apostolicis commendarit,

102

Synodus vide Concilium.

T.

Tappernus (Ricardus) in Controversia de Natura & Gratia Pontificiorum cuius sit sententiae, 248

Tartaretus interpres Scholasticus, 49

Taurus Philosophus qua methodo in Scholis Philosophicis fuerit usus, 6

in *Templis* Italicis habitae olim disputationes impiissimae, 135

Termini Philosophici, horum perstudiosi Arabes, veritatem corrumpunt, 124. seq.

horridi & imperceptibiles Scholasticorum, omnes disciplinas obscurant, 138. seqq.

Testamentum Nouum quid sit Theologus quinquagenarius nescit, 177

Testes Veritatis,

horum querelae de miseria Regni Anti-Christi, 82. 85

aliquot, Bonifacio obstantes indicati, 239

Scholastici qua ratione fiant, aliquot horum indicati, 237. 242. 243

Erasmi temporibus indicati, 174

Theodoricus Niemi iniquitatis Legum papalium redarguit, 85

Theodorus Archi-Episcopus bonarum literarum in Anglia propagator, 287

Theodotianus Haereticis Scholastici comparati, 69. 220

Theologia,

nobilissima pars Philosophiae, XXIII

huius cultoribus sanae Philosophiae cultura maxime commendata, XXVI

Philosophiae spuriae Scholasticae admixtione inquinata; querelae de eodem piorum, Pontificis & Gratiani, 42. 57. seq. 59. 60. seq. 312

Dd 5

Theo-

INDEX

<i>Theologiae,</i>	
per Monachos in Claustris vnice pertractata, X	
perque subtiles Monachorum disputationes mi- fere corrupta,	328
<i>Academia, Acroamatica</i> Professoria,	XIII
<i>Apostolorum</i> distincta a recentiorum,	XXII.
	XXIII
<i>Moralistica</i> Scholasticorum quando orta, qua- lis?.	58. 59. seqq.
<i>Mystica,</i>	XVII
<i>Scholastica</i> , huius Conditor & pater, quis?	XIII
	XVI
natura & indoles,	90
elegans descriptio,	XVII
a Mystica distincta,	XVI. 174
perfectissima habita a quibus,	144
argutiis foedata,	231
praeiudicii & dissensionibus turbata,	
<i>de Theologiae Habitu</i> sententia Fratris de Neapoli Scho- lastici,	54
<i>Methodus</i> tractandae noua auspiciis Lombardi nata,	322
<i>Methodus</i> verae addiscendae Erasmi lauda- ta,	66
<i>Professores</i> quo tempore Scholastici dicti,	X. 21
de sui aevi Professoribus iudicium Nic. Cu- sani,	203
in Metropolitanis Ecclesiis,	33
<i>Scholae</i> vide <i>Scholae</i> .	
Summam quis primus scripserit? & cur?	325
<i>Theologi Euangelico-Lutherani</i> varii Saeculi XVII. Patribus antiquis comparati,	XXXIV.
<i>Parisienses</i> in Sacra Scriptura olim plane ru- des,	177
<i>Scholastici</i> quales?	174
<i>Thesaurarius</i> Ecclesiarum Cathedralium,	34

Thra-

R E R V M.

<i>Tbrafonismus</i> Monachorum,	113
<i>Tburnaius</i> (Simon) blasphemias euomens fit rudis- simus,	133
<i>Tinenfis</i> Episcopus Papae caduceator ad Ernestum Pium Saxonem missus,	XLII
<i>Traditiones</i> per easdem Iudaismus instauratur,	169
publicae damnatae a Carolo M.	194
abolita S. Scriptura Romae auctae,	176
Ecclesiae Romanae a Scholasticis promotae,	162. 163
Papales, Normae fidei factae Saeculo X. & XI.	311
<i>Traianus</i> , Imp. meritis Gregorii M. ex inferis libe- ratus,	273
de ipsius salute & statu animae diuersae & infi- cetae Scholasticorum sententiae,	ibid.
<i>Transsubstantiatio</i> ,	
quando decreta & confirmata,	308
cur introducta,	107
quo pacto fiat sciunt & demonstrant Schola- stici,	142
a Damasceno haut adserta,	285
eam Lombardus definire non audet,	308
an crediderit Lanfrancus Scholasticus & alii,	306
a Dominicano Monacho impugnata,	243
ex hac absurda doctrina innumeri errores pro- ducti,	156
<i>Tribbechouius</i> (Adamus) cum Augustino a Tentzelio comparatus,	XXXIV
scripta ipsius edita & inedita,	XLVI. XLVII
<i>Tricot</i> Scholasticus,	333
<i>Trinitatis</i> mysterium ex natura haut demonstrari pot- est,	XL
illud tamen ex vocis literis ridicule demonstra- re conantur Scholastici,	183
peruersae de eodem doctrinae Rucolini & Abae- lardi vnde ortae,	323. 325
	de

INDEX

- de eodem metitabundum Lanfrancum reprehendit puer s. angelus putatius, 306
- Tritheimium* introducere suis doctrinis an tentauerit Rucelinus, 223
- Tropbonarius* Liber qualis? 256
- V.
- Valla* (Laurentius) ob accuratam antiquitatis notitiam & animum a praeiudiciis liberum ad Iudicium Inquisitionis raptatus, 114. 215
- Vaninus* (I. C.) e Scholasticorum ludo prodiit, 136
- Vestigalia* Italiae qua arte Graecis eripuerit Pontifex, 74
- Venditio - Emptio* inobedientibus Papae adempta, 81
- Verborum & Terminorum* quam Rerum studiosiores Arabes, 122. 124. 125
 numerus, a Scholasticis auctus, confusio & corruptelis quam plurimis ansam dat, 44
- Verbum* Dei per Scholasticos corruptum, 165. 168. 170. 174. seq.
 per eosdem suppressum, 162
- Verificabilia* Scholasticorum cui bono? 46
- Veritas* per subtilis Scholasticorum altercationes amissa, 38. 53
 eam obscuriorem reddere vel amittere penitus misero labore discunt Scholastici, 47
 in eadem asserenda quaenam praestiterint Scholastici, 237. seq.
- Verulamii* (Baconis) de Scholasticis horumque doctrina iudicium, 56. 216
- Vigiliae* pro Mortuis cur Monachis adeo acceptae, 107
- de Villa Nova* (Arnoldus) apud hunc Reges de pessimis moribus Episcoporum conqueruntur, 167. 168
- de Vini* Specie in Eucharistia absurdae Scholasticorum quaestiones, 157

Vino-

RERVM.

<i>Vinorum</i> notitiam exactissimam habet Abbas Saec. XV. non artium bonarum,	III
<i>Virgilius</i> Philosophus Antipodes asserens ecclesia pul- sus diris deuotus,	209
<i>Virtus</i> Monastica & Papaea a Scholasticis exercita & libris promota,	XVII
<i>Visiones</i> Daemoniacae Scholasticis acceptae,	147
<i>Visitationes</i> Ecclesiarum ab Augustino & Tribbecho- uio institutae,	XLI
<i>de Vita</i> Aeterna Venerabilis Bedae Carmen elegantissi- mum laudatur,	287
meditatio Tribbechouiana,	XLIII
de eadem quando scripserit Augustinus,	XXXIX
<i>Vites</i> (Io. L.) corruptelas Scholasticorum in Theologia deplorat,	144
eosdem Gentilismi culpa onerat, ideo in Indi- cem Expurgatorium relatus,	149
<i>Vtrumnose</i> scribere quid?	65

VV.

<i>Waltramus</i> Episcopus Numburgensis, ipsius de Mo- nachis Doctrinae omnis corruptoribus iu- dicium,	106
vt & de Hildebrando S. Gregorio VII.	309
<i>Wandalinus</i> Scholasticus testis veritatis,	244
<i>Warnesfridus</i> (Puellus) an Pericopas Euangelicas ex- cerpterit?	192
Officii Gregoriani in Ecclesiam introductionem promouet,	257
<i>Wiclusus</i> contra Monachos scribit,	105

Wiclusus

INDEX RERVM.

Wittenbergensium Theologorum cum Ienenfibus diffi-
dia componere conatur Tribbechouius, XLII

Z.

Zabarella testis veritatis, 102

Zöbingius, ipfius fententia de Honoribus Acade-
miis, 200



